ii	f	iii	No.	Wenefrede vgīs ꝛ mar. ix. l.	3
	g	ꝑdie	No.		4
x	A	Nonas		D	5
	b	viii	Id.	Leonardi abbatis. ix. lec.	6
xviii	c	vii	Id.		7
vii	d	vi	Id.	Quatuor coronatorum martyrum. Inuitatoriū duplex. iii. lecc.	8
	e	v	Id.	Theodori mr. iii. lc. inui. simp.	9
xv	f	iiii	Id.		10
iiii	g	iii	Id.	Martini epi ꝛ ɔf. inui. tri. ix. lec.	11
	A	ꝑdie	Id.		12
xii	b	Idus		Bricii epi ꝛ ɔf. inui. du. iii. lec.	13
i	c	xviii	kal.	Decēbris. Sol in sagittario.	14
	d	xvii	kal.	Macuti epi ꝛ ɔfessoris. ix. lec.	15
ix	e	xvi	kal.	Edmūdi archiepi. inui. tri. ix. l.	16
	f	xv	kal.	Hugonis epi ꝛ confes. ix. lec.	17
xvii	g	xiiii	kal.	Oc. s. martini epi. inui. du. iii. lec	18
vi	A	xiii	kal.		19
	b	xii	kal.	Edmundi regis. ix. lec.	20
xiiii	c	xi	kal.		21
iii	d	x	kal.	Cecilie vginis ꝛ mar. ix. lec.	22
	e	ix	kal.	Clemētis pape. ix. lc. inui. sim. Incipit hyems: ꝛ habet dies. xci.	23
xi	f	viii	kal.	Grisogoni martyris. iii. lec.	24
xix	g	vii	kal.	Katherine vg. ꝛ mar. ix. lec.	25
	A	vi	kal.	Lini pa. ꝛ mr. iii. lc. inui. sim.	26
viii	b	v	kal.		27
	c	iiii	kal.	D	28
xvi	d	iii	kal.	Saturnini ꝛ sisin. iii. l. Vigilia.	29
v	e	ꝑdie	kal.	Andree apli. inferi⁹ du. ix. lec.	30

Nox habet horas. xvi. Dies vero. viii.

Post festū lini: erit semper aduentus dnī.

KL Septim' exanguis virosus den' ut anguis
December habet dies.xxxi. Luna vero.xxx.

	f	Decembris.			1
xiii	g	iiii	No.		2
ii	A	iii	No.		3
x	b	pridie	No.	Depositio sancti osmundi episcopi & confes.ix.lec.	4
	c	Nonas.			5
xviii	d	viii	Id.	Nicolai episcopi.inui.tri.ix.lec.	6
vii	e	vii	Id.	Oc.s.andree apli. lut.d.iii.l.D.	7
	f	vi	Id.	Conceptio bte ma.min' du.ix.l.	8
xv	g	v	Id.		9
iiii	A	iiii	Id.		10
	b	iii	Id.		11
xii	c	pridie	Id.	Sol in capricorno. Solsticiu.	12
i	d	Idus		Lucie virginis & mar.ix.lec.	13
	e	xix	kal.	Januarii.	14
ix	f	xviii	kal.		15
	g	xvii	kal.	O sapientia. Nulle deinceps chant preces ad vespas.	16
xvii	A	xvi	kal.		17
vi	b	xv	kal.		18
	c	xiiii	kal.		19
xiiii	d	xiii	kal.	Vigilia.	20
iii	e	xii	kal.	Thome apli.inferi' du.ix.lc.	21
	f	xi	kal.	D.	22
xi	g	x	kal.		23
xix	A	ix	kal.	Vigilia.	24
	b	viii	kal.	Nati.dni nri iesu xpi.pn.du.	25
viii	c	vii	kal.	Stephani ptomar.min' du.	26
	d	vi	kal.	Joannis apli & euag.min' du.	27
xvi	e	v	kal.	Scorx innocetiu mr.min' du.	28
v	f	iiii	kal.	Thome archiepi & mar.mi.d.	29
	g	iii	kal.		30
iiii	A	pridie	kal.	Siluestri [redacted] & cofes.ix.lc.	31

Nox habet horas.xviii. Dies vero.vi.

¶ Annus habet.xii.menses:hebdomadas.lii.& diem vnum. Et habet dies.ccc.lxv.et horas.vi.

Tabula ad inueniendum.lxx.pascha/aduentum/ litteram dñicalē/ z aureū numerū: incipiēdo ab anno salutis nr̃e. M.ccccc.xxv. vsq; ad annū. M.ccccc.lij.

Numerus anni.	Aureus numerus.	Bissextus. Lra dnicalis.		Septuagesima.	Pascha.	Aduentus domini.
1525	6	a		12.februa.	16.apl̄is.	3.decemb.
1526	7	g		28.ianua.	1.aprilis.	2 decēb.
1527	8	f		17.febru.	21.aprilis.	1.decēb.
1528	9	e	d	9.februa.	12.aprilis.	29.nouē.
1529	10	c		24.ianu.	28. martij	28.nouē.
1530	11	b		13.februa.	17.aprilis	27.nouē.
1531	12	a		5.februa.	9.aprilis.	3.decēb.
1532	13	g	f	28.ianua.	31.martij.	1.decēb.
1533	14	e		9.februa.	13.aprilis	30.nouē.
1534	15	d		1.februa.	5.aprilis.	29.nouē.
1535	16	c		24.ianu.	28.martij.	28.nouē.
1536	17	b	a	13.februa.	16.aprilis	3.decēb.
1537	18	g		28.ianua.	1.aprilis.	2.decēb.
1538	19	f		17.febru.	21.aprilis.	1. decemb.
1539	1	e		2.februa.	6.aprilis.	30.nouē.
1540	2	d	c	25.ianua.	28.martij.	28.nouē.
1541	3	b		13.februa.	17. aprilis	27. nouē.
1542	4	a		5.februa.	9.aprilis.	3.decēb.
1543	5	g		21.ianua.	25. martij	2.decēb.
1544	6	f	e	10.februa.	13.aprilis.	30 nouēb.
1545	7	d		1.februa.	5.aprilis.	29.nouē.
1546	8	c		21.februa.	25.aprilis	28 nouē.
1547	9	b		6.februa.	10.aprilis.	27.nouē.
1548	10	a	g	29.ianua.	1.aprilis.	2.decēb.
1549	11	f		17.februa.	21.aprilis.	1.decēb.
1550	12	e		2.februa.	6.aprilis.	30.nouē.
1551	13	d		25.ianua.	29.martij	29.nouē.
1552	14	c	b	14.febru.	17.aprilis	27.nouē.

¶ Bñdictio salis et aque oibus dñicis per annum post primã et cp. fiat bñdictio salis et aq ad gradũ chori a sacerd. hoc modo.

Exorcizo te creatura salis / per deum ✠ viuũ: per deum ✠ verũ: per deum ✠ sanctũ: p deũ q te p heliseum prophetã in aquam mitti iussit / vt sanaretur sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatũ in salutem credentiũ: et sis oibus te sumentib9 sanitas aie et corporis: et effugiat atq discedat ab eo loco quo aspersum fuerit ois fantasia et neqtia vel versutia diabolice fraudis: oisq spiritus immũdus adiurat9. Per eũ qui ventur9 est iudicare viuos et mortuos: et seculũ per ignem. ℟. Amẽ. Sequit oro sine Dñs vobiscũ. sed tñ cũ Oremus.

Immensam clementiã tuã omps eterne deus humiliter imploram9: vt hãc creaturã salis quam in vsum generis hũani tribuisti / bñ ✠ dicere et sci ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit oibus sumẽtib9 salus mentis et corporis: et quicqd ex eo tactũ vel respersum fuerit / careat omni immũdicia / oisq impugnatiõe spũalis nequitie. Per dñm nrm iesum christũ filiũ tuũ: q tecũ viuit et regnat in vnitate spiritussctĩ deus. Per oia secula seculorũ. ℟. Amen.

¶ Sequit exorcismus aq.

Exorciso te creatura aq in noie ✠ dei patris olpotentis: et in noie ✠ iesu christi filii eius dñi nri: et in virtute spũssctĩ: vt fias aq exorcisata ad effugandã omnẽ potestatẽ inimici: et ipsum inimicũ eradicare et explãtare valeas cũ angelis suis apostaticis. Per virtutẽ eiusdẽ dñi nri iesu xpi: qui vẽtur9 est iudicare viuos et mortuos et sclm per ignẽ. ℟. Amẽ. Sequit oro sine Dñs vob. sed cũ Oremus

Deus q ad salutẽ humani gñis maxima qq sacra in aqrũ substantia condidisti: adesto ppitius inuocationib9 nris: et elemẽto huic multimodis purificationib9 pparato virtutẽ tue bñ ✠ dictiõis infunde: vt creatura tua mysteriis tuis seruiẽs ad abiiciẽdos demones / morbosq pellẽdos diuine grẽ

sumat effectū: vt quicquid in domib9 vel in locis fideliū hec vnda resperserit / careat oi imundicia / liberet a noxa: nō illic resideat spirit9 pestilēs: nō aura corrūpēs: discedant oēs insidie latētis inimici: et si qd est qd aut incolumitati hitātiū inuidet aut quieti / aspersione hui9 aq̄ effugiat: vt salubritas p inuocationē scti tui nois expetita: ab oib9 sit ipugnationib9 defensa. p d. Hic mittat sac. sal i aqua in modū crucis ita dicēdo sn nota. ¶ Cōmixtio salis et aq̄ pit fiat. In noie pris et filij et spūssci. R. Amē. Dñs vo. Orem9

Deus inuicte virtutis auctor et isupabilis iperij rex ac sēp magnificus triūphator: q aduerse dñationis vires reprimis: q inimici rugiētis seuitiā supas: q hostiles nequitias potens expugnas: te dñe trementes et supplices deprecamur ac petim9 vt hāc creaturā sal et aq̄ dignāt accipias beign9 illustres pietatis tue more scti✠fices: vt vbicunq fuerit aspersa p inuocationē scti tui nois ois infestatio imūdi spūs abiciat: terror q venenosi serpētis pcul pellat: et psentia scti spūs nobis miaz tuā poscētib9 vbiq adesse dignet. p do. in vni. eiusd. Dū aspergat aq̄ cantet hec ān. Asperges me dñe hysopo et mundabor: lauabis me et sup niuē dealbabor. ps. Miserere mei. Asperges. V. Et scdm. Asperges. R. Gl'ia pri. Sicut erat in. Lauabis me. Post aspersionē aq̄ dicat sacer. ad gradū chori. V. Ostende nobis dñe miam tuā. R. Et salutare tuum da nobis. Sequit oro sine Dñs vo. sed tm cū Orem9

Exaudi nos dñe sācte pat ops eterne de9: et mittere dignare sctm angelū tuū de celis: q custodiat / foueat / protegat / visitet et defendat oēs habitātes in hoc habitaculo Per xpm. R. Amē. ¶ Bñdictio panis. Dñs vobiscū R. Et cum spi. Oremus.

Benedic dñe istā creaturā panis / sicut benedixisti quinq panes in deserto: vt oēs gustantes ex eo / recipiāt tam corporis q̄ anime sanitatem. In nomine patris et filij et spiritussci. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Venerandis sacerdotibus ecclesie Anglicane Constantinus Lepus. S. P. D.



NOn latet dn̄ationes vestras viri percelebres: pleraq; diuina officia/ nō modo preclara sanctorꝝ doctorū oracula/ verūetiā vtriusq; instrumenti libros subolere. e quib⁹ ceu fontib⁹ vetustissimis illa ipsa traducēda cōpaginādaq; esse pontificia sanctio censet. Quo fit vt huiusce breuiarij cōgeries partim Gregorianis/ Ambrosianis/ Augustini/ cōplurimūq; doctorꝝ eccl'iasticorꝝ homilijs: partim etiā sacrosctis biblie eloquijs adornet atq; roboret. sicuti ante oīa in aduētu dn̄ico videre licebit. Ibi enim pphetarꝝ vaticinia et p̄cipue Esaie assumūtur: queadmodū lectionū textura testat. Ita etiā v. añ. itidem et capl'a nunc ex Esaia/ nunc ex Hieremia/ nūc ex Psalmographo: ceterisq; pphetis colligūtur. Preterea ad totius anni curriculū modo quinq; libri Moysi/ mō libri Regum/ nūc Salomonis parabole/ nūc etiā libri Tobie/ Job/ Judith/ Hester/ et Machabeorū passim dispergūtur. Ceterum (vt multa paucis absoluā) nōnulla scrōꝝ officia ex plerisq; biblie eloquijs congesta liqdo conspiciūtur. Quocirca p̄res celeberrimi Franciscus Byrckman bibliopola sane vigilantissim⁹ (benignus inopie mee subleuator) perpēdēs q̄ vtile q̄q; necessariū foret sedē locūq; hmōi eloquiorū vr̄is breuiarijs annectere idipm effici a me obnixe poposcit. Ego quidē etsi aliquoties reluctat⁹ sum huic muneri obeūdo q̄ graui ⁊ q̄tidiano essem extenuatus labore: ne tñ ingratitudinis arguerer/ aliq̄tū ocij nactus votis eiusdē Frācisci acquiescere studui: p̄fatū vr̄m breuiariū suffulciēs biblie cōcordātijs: q̄b⁹ sedes locusue e quo singula q̄q; profluāt extēplo perq̄ facile edocet. Et si qui sint hūc nostrū laborē vt supuacaneū dānantes: hoc saltē attendāt/ q̄ sedē prōptuariūq; sacratissimorum eloqꝝ scire cupiētib⁹: difficultatē inquirēdi huiuscemodi cōcordantie subleuent/ q̄q; in marginibus site: nullū fastidiū lectoribus ingerant. Valete.

xv. disti. c. Sacra romana.

¶ In dñicis dieb⁹ An. Domine ne i ira. vsq₃ ad quadragesimã. Ad mat. Hy⁹.

Primo dierũ oim / q̃ mundus extat conditus / vel q̃ resurgẽs cõditor nos morte victa liberet.
Pulsis ꝓcul torporibus surgamus oẽs ocius: et nocte queramus pium / sicut prophetã nouimus.
Nostras preces vt audiat / suãq₃ dextrã porrigat vt expiatos sordib⁹ / reddat polorum sedibus.
Ut q₃ sacratissĩo / hui⁹ diei tpe: horis q̃etis psallim⁹ / donis btĩs muneret.
Iã nũc paterna claritas te postulam⁹ affatim: absit libido sordidans / oĩsq₃ actus noxius.
Ne feda sit vel lubrica / cõpago nostri corporis: p quẽ auerni ignibus / ipsi crememur acrius.
Ob hoc redẽptor quesumus / vt probra nr̃a diluas: vite perẽnis cõmoda / nobis benigne conferas.
Quo carnis actu exules effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui / melos canamus glorie.
Gloria tibi dñe q̃ na. Et oĩ in oĩ hymno eiusdẽ metri: vsq₃ ad puri. pt' i hy. De⁹ creator. post purifi. vo oĩ hy. Pra pr. Deus oim. vsq₃ ad aduẽ. tã i do. q̃ in fer. dieb⁹: qñ de do. vel fe. agit ōi ad mat. seq. Hy⁹.
Nocte surgentes / vigilemus oẽs / semp in psalmis meditemur atq₃ virib⁹ totis dño canam⁹ / dulciter hymnos.
Ut pio regi pariter canẽtes cum suis sctis mereamur aulam ingredi celi simul et beatã ducere vitã.
Prestet hoc nob' deitas btã pr̃is ac nati pariťq₃ scti spũs cui⁹ reboat in oĩ gloria mundo. Amen. Ps.
Beatus vir q̃ non abiit in consilio impiorum et i via pctõrum nõ stetit: ⁊ i cathedra pestilentie non sedit. pm⁹.
Sed in lege dñi voluntas eius: ⁊ i lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tãq₃ lignũ quod plãtatũ est sec⁹ decursus aquarũ: qđ fructũ suum dabit in tempore suo.
Et foliũ eius nõ defluet

et omnia quecunqз faciet
prosperabuntur.
Non sic impii nō sic: sed
tanqз puluis quem proii-
cit ventus a facie terre.
Ideo nō resurgūt impii
ī iudicio neqз peccatores
in consilio iustorum.
Qm̄ nouit dominus viā
iustorum: et iter impiorū
peribit. Psalmus.
2. Quare fremuerūt gē
tes: et populi medi-
tati sunt inania.
Astiterūt reges terre et
principes ꝯuenerūt ī vnū
aduersus dominum ⁊ ad
uersus christum eius.
Dirumpamus vincula
eorū: et proiiciamus a no
bis iugum ipsorum.
Qui habitat in celis irri
debit eos: ⁊ dominus sub
sannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in
ira sua: ⁊ in furore suo cō
turbabit eos.
Ego autē cōstitutus sū rex
ab eo sup syō mōtē sanctū
eius: pdicās pceptū eius.
Dominus dixit ad me fi
lius meus es tu: ego ho-
die genui te.
Postula a me et dabo ti
bi gentes hereditatem tu
am: ⁊ possessionem tuam
terminos terre.

Reges eos in virga fer-
rea: et tanqз vas figuli cō
fringes eos.
Et nunc reges ītelligite
erudimini / qui iudicatis
terram.
Seruite dño in timore: et
exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinā
nequando irascatur dñs
et pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui
ira eius: beati omnes qui
confidunt in eo. Psalmus.
Domine quid multi- 3.
plicati sūt qui tribu-
lant me: multi insurgunt
aduersum me.
Multi dicūt aie mee: nō
est salus ipsi in deo eius.
Tu autem domine susce
ptor meus es: glīa mea ⁊
exaltans caput meum.
Voce mea ad dominum
clamaui: et exaudiuit me
de monte sancto suo.
Ego dormiui et sopora-
tus sum: et exurrexi quia
dominus suscepit me.
Non timebo milia popli
circūdātiū me: exurge dñe
saluū me fac deus meus
Qm̄ tu pcussisti oēs ad-
uersātes mihi sine causa
dētes pctōrū cōtriuisti.
Domini est salus: et sup
pplm tuū bñdictio tua.

Non dicit ad noc. iste. ps.

4. Cum inuocarē exaudiuit me de⁹ iustitie mee: in tribulatione dilatasti michi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hoim vsqȝquo graui corde: vt qd diligitis vanitatē et q̄ritis mendaciū
Et scitote quoniam mirificauit dn̄s sanctum suū dn̄s exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilib⁹ vestris compungimini.
Sacrificate sacrificiū iustitie et sperate in domino multi dicunt quis ostendit nobis bona.
Signatū est sup nos lumen vultus tui dn̄e: dedisti leticiam in corde meo.
A fructu frumenti vini ꝛ olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiam et requiescam.
Qm̄ tu dn̄e singulariter in spe: constituisti me.

Nō di ad noctur. iste. ps.

5. Verba mea aurib⁹ pcipe domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis mee: rex meus et de⁹ me⁹
Qm̄ ad te orabo domie: mane exaudies vocē meā
Mane astabo tibi ꝛ videbo quoniam nō deus volens iniquitatem tu es.
Neqȝ habitabit iuxta te malign⁹: neqȝ pmanebūt iniusti ante oculos tuos.
Odisti oēs qui operant iniquitatem: perdes oēs qui loquuntur mēdaciū.
Virū sanguinum ꝛ dolosum abominabit dn̄s ego aūt i multitudie mie tue
Introibo in domū tuā: adorabo ad tēplū sanctū tuum in timore tuo.
Dn̄e deduc me i iustitia tua ꝑpt̄ iimicos meos dirige i ꝯspectu tuo viā meā
Qm̄ nō est in ore eorum veritas: cor eorū vanū est.
Sepulchrū patēs ē gutt eorū / linguis suis dolose agebāt: iudica illos deus
Decidāt a cogitationib⁹ suis: scd̄m multitudinem ipietatū eorū expelle eos qm̄ irritauerunt te dn̄e.
Et letent oēs qui sperāt in te: in eternū exultabūt et habitabis in eis.
Et gloriabunt in te oēs qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu benedices iusto.
Dn̄e vt scuto: bone volūtatis tue coronasti nos. ps.

6. Domine ne in furore
tuo arguas me: ne-
q3 in ira tua corripias me
Miserere mei dñe qm̃ infir
mus sũ: sana me dñe qm̃
cõturbata sunt ossa mea
Et aĩa mea turbata est
valde: sed tu dñe vsq3quo
Conuertere dñe et eripe
animã meã: saluũ me fac
propter miam tuam.
Qm̃ nõ est in morte qui
memor sit tui: in inferno
autẽ quis confitebit tibi.
Laboraui ĩ gemitu meo
lauabo p̄ singlas noctes
lectum meum: lachrimis
meis stratũ meũ rigabo.
Turbat⁹ ẽ a furore ocu-
lus me⁹: inueteraui inter
omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes q̃
opamĩ iniq̃tatẽ: qm̃ exau-
diuit dñs vocẽ fletus mei
Exaudiuit domin⁹ dep-
cationem meã: dñs oratio
nem meam suscepit.
Erubescãt ⁊ cõturbẽtur
vehemẽt oẽs inimici mei
cõuertãt ⁊ erubescãt val-
develociter. Gloria. ¶In
oib⁹ do. dieb⁹ p̄ aduẽ. vsq3
ad nati. dñi. In. i. noctur.
Gen. ã. Nõ auferet sceptrũ de
49.b Iuda et dux de femore ei⁹
donec veniat q̃ mittẽdus
est. In oib⁹ do. ab oct. epi.
vsq3 ad passionẽ do. q̃n de
do. agit. In. i. noc. ãn. Ser
uite dño ĩ timore. In oib⁹
do. a do. tri. vsq3 ad aduẽ.
do. q̃n de do. agit. In. i. no
ctur. ã. Pro fidei meritis
vocitat iure btũs: legẽ q̃
dñi meditat nocte dieq3.
Domine de⁹ me⁹ in te 7.
speraui saluum me
fac: ex oibus persequenti-
bus me et libera me.
Neq̃n rapiat vt leo aĩa3
meã: dum nõ est qui redi-
mat neq3 qui saluũ faciat
Dñe de⁹ me⁹ si feci istud
si ẽ iniq̃tas ĩ manib⁹ meis
Si reddidi retribuẽtib⁹
mihi mala: decidã merito
ab inimicis meis inanis.
Persequat inimic⁹ aĩa3
meã ⁊ cõprehẽdat ⁊ ꝯcul-
cet in tra vitã meã: et glo-
riã meã in puluerẽ dedu- (cat.
Exurge dñe in ira
tua: ⁊ exaltare in finibus
inimicorum meorum.
Et exurge dñe de⁹ me⁹ ĩ
p̄cepto qđ mãdasti ⁊ syna
goga pplõr circũdabit te
Et ppt hãc ĩ altũ regre-
dere: dñs iudicat pplos.
Iudica me dñe sm iusti
ciã meã: ⁊ scdm innocẽtiã
meam super me.
Consumet neq̃tia pecca-
torũ et diriges iustũ: scru

tans corda et renes deus
Iustũ adiutoriũ meum
a domino: qui saluos fa-
cit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis
et patiens: nũquid irasci-
tur per singulos dies.
Nisi cõuersi fueritis gla
diũ suũ vibrauit: arcum
suũ tetẽdit & parauit illũ
Et in eo parauit vasa mor-
tis: sagittas suas arden-
tibus effecit.
Ecce parturit iniustitiã
concepit dolorem: et pepe
rit iniquitatem.
Lacũ aperuit et effodit
eum: et incidit in foueam
quam fecit.
Conuertet dolor eius in
caput ei9: et in verticẽ ip-
sius iniqtas ei9 descẽdet.
Confitebor dño secũdũ
iustitiã eius: et psallã no-
mini domini altissimi. ps.
8. Domie dñs noster: q̃
admirabile ẽ nomẽ
tuum in vniuersa terra.
Quoniã eleuata est ma
gnificẽtia tua: sup celos.
Ex ore infantiũ et lactẽ-
tuum perfecisti laudẽ ꝓ-
pter inimicos tuos: vt de-
struas inimicũ et vltorẽ.
Qm̃ videbo celos tuos
opa digitoꝝ tuoꝝ: lunam
et stellas q̃ tu fũdasti.
Quid est homo q̃ mẽor
es eius: aut fili9 hoïs qm̃
visitas eum.
Minuisti eũ paulomin9
ab angelis gl'ia & honore
coronasti eũ: et cõstituisti
eũ sup opa manuũ tuaꝝ
Oia subiecisti sb pedib9
ei9 oues & boues vniuer-
sas: insup et pecora cãpi.
Volucres celi / et pisces
maris: qui pambulant se
mitas maris.
Domine domin9 noster:
q̃ admirabile est nomen
tuũ in vniuersa terra. ps
Confitebor tibi dñe in
toto corde meo: nar-
rabo oïa mirabilia tua.
Letabor et exultabo ĩ te
psallã noĩ tuo altissime.
In cõuertẽdo ĩimicũ me
um retrorsũ: ĩfirmabũt et
peribunt a facie tua.
Qm̃ fecisti iudiciũ meũ
et causam meã: sedes sup
thronũ q̃ iudicas iustitiã
Increpasti gẽtes et piit
ĩpius: nomẽ eorũ delesti ĩ
eternũ et in seculũ seculi.
Inimici defecerunt fra-
mee in finem: & ciuitates
eorum destruxisti.
Periit memoria eorũ cũ
sonitu et dominus in eter
num permanet.
Parauit in iudicio thro

num suū: ⁊ ipse iudicabit
orbē t're in eq̄tate iudica=
bit populos in iustitia.
Et fact⁹ est dñs refugiū
paupi: adiutor in oppor=
tunitatib⁹ i tribulatione.
Et sperēt i te q̄ nouerūt
nomē tuū: q̄m nō dereliq̄=
sti querentes te domine.
Psallite dño qui habitat
in sion: ānūciate inter gē
tes studia eius.
Qm̄ reqrēs sanguinē eo=
rū recordat⁹ est: nō ē obli
tus clamorē pauperum.
Miserere mei domine: vi
de humilitatē meam de
inimicis meis.
Qui exaltas me de por=
tis mortis: vt annūciem
omnes laudatiōes tuas
in portis filie sion.
Exultabo i salutari tuo
infixe sunt gētes in interi
tu quem fecerunt.
In laqueo isto quem ab
sconderunt: cōprehensus
est pes eorum.
Cognoscet dñs iudicia
faciens: in operibus ma=
nuum suarum cōprehen=
sus est peccator.
Cōuertant petōres i in=
fernū: omnes gentes que
obliuiscuntur deum.
Qm̄ nō i finē obliuio erit
paupis: patiētia paupeꝝ
non peribit in finem.
Exurge dñe nō confortet
homo: iudicent gentes in
conspectu tuo.
Constitue dñe legislato=
rē sup eos: sciant gentes
quoniam homines sunt.
Ut q̄d dñe recessisti lōge
despicis in oportunitati=
bus in tribulatione.
Dū supbit ipius incēdit
paup: cōprehēdunt in ꝯsi
liis quibus cogitant.
Qm̄ laudat petōr in desi
deriis aīe sue: ⁊ iniqu⁹ bñ
Exacerbauit dñz (dicit
petōr: scdm multitudinē
ire sue non queret.
Nō ē de⁹ i ꝯspectu ei⁹ iq̄
nate sunt vie illi⁹ in oī tpe
Auferunt iudicia tua a
facie ei⁹: oīm inimicoꝝ suo=
rum dominabitur.
Dixit enim in corde suo:
non mouebor a gñatione
in generationē sine malo
Cui⁹ maledictiōe os ple
nū ē ⁊ amaritudie ⁊ dolo
sb ligua ei⁹ labor et dolor
Sedet in insidiis cum di=
uitib⁹ in occultis: vt inter
ficiat innocentem.
Oculi ei⁹ i pauperē respi
ciūt: insidiat in abscōdito
quasi leo in spelunca sua.
Insidiat vt rapiat pau=
perem: rapere pauperem

dum attrahit eum.
In laqo suo hũiliabit eũ inclinabit se et cadet cum dñatus fuerit pauperum
Dixit eni i corde suo obli tus est de⁹: auertit faciē suam ne videat in finem.
Exurge domine de⁹ ⁊ exaltet manus tua: ne obliuiscaris pauperum.
Propt̄ qd irritauit īpi⁹ deũ: dixit eñi in corde suo non requiret.
Uides qm̃ tu laborem ⁊ dolorē consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelict⁹ est paup orphano tu eris adiutor
Cōtere brachiũ pctōris et maligni: queret pctm̃ illius et non inuenietur.
Dñs regnabit i eternũ ⁊ in seculũ seculi: peribitis gentes de terra illius.
Desideriũ pauperũ exaudiuit dñs: p̄paratione cordis eoꝝ audiuit auris
Iudicare pupillo (tua. ⁊ hũili: vt nō apponat vltra magnificare se homo super terram. Psalmus.
10. In dño cōfido: quō dicitis aie mee transmigra in montē sicut passer
Qm̃ ecce pctōres intēderunt arcum parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.
Qm̃ que pfecisti destruxerũt: iust⁹ autē qd fecit:
Dñs in templo sctō suo: dñs in celo sedes eius.
Ocl'i ei⁹ i pauperē respiciũt: palpebre ei⁹ interrogant filios hominum.
Dñs interrogat iustum et impiũ: q̄ aũt diligit iniquitatē odit animã suam
Pluet sup pctōres laqos: ignis/sulphur/et spũs pcellarũ ps calicis eorũ.
Qm̃ iustus dñs ⁊ iustitias dilexit: equitatem vidit vult⁹ ei⁹. Gloria. Per aduē. do. ãn. Erit ipse expectatio gẽtiũ: lauabitq͡z vino stolã suã: et sanguie vue palliũ suum. Ab oct. epiphanie vsq͡z ad passionē dñi. ãn. Domine deus meus in te speraui. Per estatē. ãn. Iuste deus iudex fortis patiensq͡z benignus/in te sperantes muni miserando fideles. ps.
11. Saluum me fac dñe/ qm̃ defecit sanctus: quoniã diminute sunt veritates a filiis hominum
Uana locuti sunt vnusquisq͡z ad pximũ suũ: labia dolosa in corde et corde locuti sunt.

Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: et linguã magniloquam.
Qui dixerũt liguã nr̃az magnificabim⁹: labia nostra a nobis sunt / q̃s noster dominus est.
Propter miseriã inopũ et gemitũ pauperũ nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari fiducialiter agam in eo.
Eloq̃a dñi eloq̃a casta: argentum igne examinatum ꝓbatum terre purgatum septuplum.
Tu domine ꝯuabis nos et custodies nos a generatione hac in eternum.
In circuitu ipĳ ãbulãt: ꝯm altitudinẽ tuã multiplicasti filios hominũ. ꝑ.
12. Vsq̃ꝫquo dñe obliuisceris me in finẽ: vsq̃ꝫquo auertis faciem tuam a me.
Quãdiu ponam consilia in anima mea: dolorẽ in corde meo per diem?
Vsq̃ꝫquo exaltabit inimicus meus sup me: respice ꝛ exaudi me dñe de⁹ me⁹?
Illumiã ocłos meos ne vnq̃ꝫ obdormiã in morte nequãdo dicat inimicus meus ꝓualui aduers⁹ eũ
Qui tribulãt me exultabunt si motus fuero: ego autẽ in mĩa tua speraui.
Exultabit cor meũ i salutari tuo / cãtabo dño q̃ bona tribuit michi: et psalmũ nomini dñi altissimi. ꝑ.
13. Dixit insipiens in corde suo: non est deus.
Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studĳs suis: non est q̃ faciat bonũ non est vsq̃ꝫ ad vnũ
Dñs de celo ꝓspexit sup filios hoim: vt videat si ẽ intelligẽs aut req̃rẽs deũ
Oẽs declinauerũt simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonum / nõ est vsq̃ꝫ ad vnum.
Sepulchrũ patẽs est guttur eorũ: linguis suis dolose agebant: venenũ aspidum sub labĳs eorum.
Quor os maledictiõe ꝛ amaritudine plenũ est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinẽ.
Contritio et infelicitas in vĳs eorũ / et viam pacis nõ cognouerũt: non est timor dei ante oculos eorũ
Nõne cognoscẽt omnes qui operãtur iniquitatẽ: qui deuorant plebẽ meã sicut escam panis?
Deum nõ inuocauerũt illic trepidauerũt timore

ubi non erat timor.
Qm dñs i gñatiõe iusta
est: cõsiliũ inopis cõfudi-
stis/ qm dñs spes eius est
Quis dabit ex sion salu-
tare israel: cum auerterit
dñs captiuitatem plebis
sue exultabit iacob/ et le-
tabitur israel. Psalmus.
14. Domine qs habitabit
in tabernaculo tuo
aut quis requiescet i mõ-
te sancto tuo.
Qui ingredit sine macu
la: et operatur iustitiam.
Qui loquitur ueritatem
in corde suo: qui non egit
dolum in lingua sua.
Nec fecit ꝓximo suo ma
lũ: ⁊ opprobriũ nõ accepit
aduersus ꝓximos suos.
Ad nihilũ deduct⁹ est in
cõspectu ei⁹ malignus: ti
mẽtes aũt dñm glorificat
Qui iurat ꝓximo suo et
nõ decipit / q̃ pecuniã suã
nõ dedit ad usurã: ⁊ mũe
ra sup inocẽtẽ nõ accepit
Qui facit hec: non moue
bit in eternũ. Gl'ia. Per
aduentũ. an. Pulchriores
sũt oculi ei⁹ uino: et dẽtes
eius lacte cãdidiores. ℣.
Ex siõ species decor' eius
℟. De⁹ nr̃ manifeste ue-
niet. Per oct. epi. usq ad
pas. dñi. An. Respice et ex
audi me dñe de⁹ me⁹. ℣.
Meor fui nocte nois tui
dñe. ℟. Et custodiui legẽ
tuã. Per estatẽ. an. Sur-
ge et i eternũ serua munt
mine sacro: custodiq tu-
os a stripotẽs famlos. ℣.
Meor fui nocte no. t. dñe.
Conserua me dñe (p. 15.
qm speraui i te / dixi
dño deus meus es tu: qm
bonor meorum nõ eges.
Sanctis qui sunt i terra
eius: mirificauit omnes
uoluntates meas in eis.
Multiplicate sunt infir-
mitates eorũ: postea ac-
celerauerunt.
Non congregabo cõuen
ticula eorũ de sanguinib⁹
nec memor ero nominuz
eorum per labia mea.
Domin⁹ pars heredita-
tis mee: et calicis mei: tu
es qui restitues heredita
tem meam michi.
Funes ceciderunt mihi
in p̃claris. etenim heredi-
tas mea p̃clara est michi
Bñdicã dñm qui tribuit
michi intellectũ: insuper
et usq ad noctẽ increpue-
runt me renes mei.
Prouidebã dñm in ↄspe-
ctu meo sẽp: qm a dextris
est michi ne commouear
Propter hoc letatũ est

cor meũ et exultauit lin-
gua mea: insuper et caro
mea requiescet in spe.
Quoniã nõ derelinques
animam meã in inferno:
nec dabis sanctum tuum
videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias
vite: adimplebis me leticia
cum vultu tuo delectatio
nes in dextera tua vsq; in
finẽ. Gloria. ¶ Dñicis die-
bus p aduẽ. vsq; ad nati.
do. In ii. noc. ã. Bethleem
nõ es minima i pricipib⁹
iuda ex te exiet dux qui re
gat pplm meũ isrl: ipse ei
saluũ faciet pplm suũ a
pctis eoꝝ. ¶ Dieb⁹ do. ab
octa. epi. vsq; ad pass. do.
In ii. noc. ãn. Bonorum meo
rũ nõ indiges: in te sperauí
ꝯserua me dñe. ¶ Do. dieb⁹
ab oc. tri. vsq; ad aduẽ. d.
In ii. noc. ãn. Nature ge-
nitor cõserua morte redẽ-
ptos: facq; tuo dignos ser
uitio famulos. Psalmus
16. Exaudi domine iusti-
tiã meam: intẽde de-
precationem meam.
Aurib⁹ pcipe orõnẽ me-
am: nõ in labiis dolosis.
De vultu tuo iudicium
meum prodeat: oculi tui
videant equitates.
Probasti cor meum ⁊ vi
sitasti nocte: igne me exa-
minasti: et non est inuen-
ta in me iniquitas.
Et nõ loquatur os meũ
opera hominũ: ꝑpter ver
ba labiorũ tuorũ ego cu-
stodiui vias duras.
Perfice gressus meos i
semitis tuis: vt nõ moue-
antur vestigia mea.
Ego clamaui qm̃ exau-
disti me de⁹ inclina aurẽ tuã
michi ⁊ exaudi vba mea
Mirifica mias tuas: qui
saluos facis sperãtes i te
A resistentib⁹ dextere tue:
custodi me vt pupillã ocli.
Sub vmbra alarũ tuarũ
ꝓtege me: a facie impioꝝ
qui me afflixerunt.
Inimici mei aiam meã
circũdederunt adipẽ suũ
concluserũt: os eorum lo-
cutum est superbiam.
Proiicientes me nunc cir
cũdederũt me: ocl'os suos
statuerũt declinare in trã.
Susceperũt me sicut leo pa-
rat⁹ ad pdã: ⁊ sicut catulus
leonis habitãs in abditis
Exurge dñe preueni eũ
⁊ supplanta eũ: eripe aiam
meam ab impio / frameã
tuã ab inimicis man⁹ tue
Dñe a paucis de trã di-
uide eos in vita eorũ: de
abscõditis tuis adimplet⁹

est venter eorum.
Saturati sunt filiis: et di miserunt reliquias suas paruulis suis.
Ego aūt ī iustitia apparebo in ɔspectu tuo: satiabor cū appruerit gl'ia tua.
Gl'ia. P adue. a. Ecce virgo concipiet et pariet filiū et vocabit nomē ei⁹ ēmanuel. P⁹ oc. epi. vsq3 ad passio. do. ān. Inclina dn̄e aurē tuā mihi et exaudi vba mea. Per esta. ān. Pectora nr̄a tibi tu ɔditor orbis adure igne pio purgans atq3 cremādo ꝓbans. Ps.
17. Diligā te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamentum meū et refugiū meum et liberator meus
Deus me⁹ adiutor me⁹: et sperabo in eum.
Protector m̄⁹ et cornu salutis mee: et susceptor me⁹.
Laudās inuocabo dn̄z et ab inimicis meis salu⁹ ero
Circūdederūt me dolores mortis: et torrētes iniq̄tatis cōturbauerunt me.
Dolores īferni circundederūt me: p̄occupauerūt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui dominū: et ad deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo vocē meā: et clamor me⁹ in cōspectu eius introiuit in aures eius.
Cōmota est et cōtremuit terra: fundamēta mōtiū cōturbata sunt et cōmota sunt: qm̄ iratus est eis.
Ascēdit fumus ī ira ei⁹ et ignis a facie ei⁹ exarsit carbōes succēsi sūt ab eo.
Inclinauit celos et descēdit: et caligo sub pedib⁹ ei⁹
Et ascēdit sup cherubin et volauit: volauit super pennas ventorum.
Et posuit tenebras latibulū suū: ī circuitu ei⁹ tabernaculū ei⁹: tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Pre fulgore in cōspectu ei⁹ nubes trāsierūt: grando et carbones ignis.
Et ītonuit de celo dn̄s et altissimus dedit vocē suā: grādo et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit et ɔturbauit eos.
Et apparuerūt fōtes aq̄rū: et reuelata sunt fundamēta orbis terrarū.
Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue.
Misit de summo et accepit me: et assumpsit me de aquis multis.

Eripuit de inimicis meis fortissimis/ et ab his q̄ oderūt me: quoniam con fortati sunt super me.

Preuenerūt me ī die afflictionis mee: et fact⁹ est dominus protector meus

Et eduxit me in latitudinem: saluū me fecit quoniam voluit me.

Et retribuet michi dñs scdm iustitiā meā: et secundum puritatem manuū mearum retribuet michi

Qr custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo

Qm oīa iudicia eius in cōspectu meo: et iustitias eius non repuli a me.

Et ero immaculatus cū eo: ⁊ obseruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet michi dñs scdm iustitiā meā: ⁊ secundū puritatē manuū mearū in cōspectu oculoꝝ ei⁹

Cum scto sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris.

Et cū electo elect⁹ eris: et cū puerso peruerteris.

Qm tu populū humilem saluum facies: et oculos superborum humiliabis.

Qm tu illuminas lucernam meā dñe: deus me⁹ illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a tētatione: et in deo meo transgrediar murum.

Deus me⁹ ipolluta via eius: eloq̄a domini igne examinata/ protector est omniū sperantiū in se.

Qm q̄s de⁹ p̄ter dn̄z: aut q̄s de⁹ preter deū nostrū.

De⁹ q̄ p̄cīxit me v̄tute: et posuit immaculatā viam (meā

Qui pfecit pedes meos tāq̄ ceruoꝝ: et sup excelsa statuens me.

Qui docet man⁹ meas ad preliū: ⁊ posuisti vt arcum ereum brachia mea

Et dedisti michi ꝓtectionem salutis tue: et dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me: ⁊ non sunt infirmata vestigia mea.

Persequr inimicos meos et cōprehēdā illos: et non conuertar donec deficiāt

Cōfringam illos nec poterūt stare: cadēt subtus pedes meos.

Et precinxit me virtute ad bellū: ⁊ supplātasti insurgētes in me subt⁹ me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsū: ⁊ odientes

me disperdidisti.
Clamauerūt nec erat q̄ saluos faceret ad dominum nec exaudiuit eos.
Et comminuā eos vt puluerē añ faciē venti: vt lutum platearū delebo eos
Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentiū.
Populus quē nō cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit michi.
Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt/ et claudicauerunt a semitis suis.
Uiuit dn̄s et bn̄dict⁹ de⁹ meus: et exaltetur deus salutis mee.
Deus q̄ das vindictas michi: et subdis populos sub me/ liberator me⁹ de inimicis meis iracundis
Et ab insurgētib⁹ in me exaltabis me a viro iniq̄ eripies me.
Propterea ꝯfitebor tibi in nationibus dn̄e: et nomini tuo psalmum dicam.
Magnificans salutes regis eius / et faciēs m̄iam chr̄o suo dauid: et semini eius vsq̄ in seculū. Glia
Per aduē. Añ. Orietur in dieb⁹ ei⁹ iustitia et abūdātia pacis et adorabūt eū oēs reges oēs gentes seruiēt ei. ℣. Egrediet virga de radice iesse. Et flos de radice eius ascēdet. Per oct. epi. vsq̄ ad pas. vo. Añ. Dn̄s firmamentū meū et refugiū meū. ℣. Media nocte surgebā ad cōfitendū tibi. ℞. Sup iudicia iustificationis tue. Per sta. ℣. Tu ppl'm hūilē saluasti ab hoste redemptor atq̄ supba tuo colla premis iaculo. ℣. Media nocte. Ps.

Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuū eius ānūciat firmamētū. 18.
Dies diei eructat verbū: et nox nocti idicat scientiā
Nō sūt loq̄le neq̄ ꝑmones q̄r nō audiāt voces eorū
In omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum
In sole posuit tabnaculū suū: et ipse tāq̄ spōsus ꝓcedens de thalamo suo.
Exultauit vt gygas ad currendam viam a summo celo egressio eius.
Et occursus ei⁹ vsq̄ ad summū eius: nec est q̄ se abscondat a calore eius.
Lex dn̄i imaculata ꝯuertēs aīas testimoniū dn̄i fidele sapiam p̄stās puulis
Iustitie dn̄i recte letificā

tes corda: preceptum dñi lucidũ illuminãs oculos.
Timor dñi sanctus pmanet in seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia sup aurũ et lapidẽ pciosũ multũ: et dulciora sup mel et fauũ.
Etenim seruus tu⁹ custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis ĩtelligit ab occultis meis mũda me: et ab alienis pce suo tuo.
Si mei nõ fuerint dñati tũc ĩmaculat⁹ ero: ⁊ emũdabor a delicto maximo.
Et erunt vt cõplaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper.
Domine adiutor me⁹: et redemptor meus. Gloria.
¶ Dñicis diebus p aduẽ. vsq ad natiui. dñi. In. iii
Rom. 13. d. noc. ãn. Nox precessit dies autẽ appropinquauit abiiciam⁹ ergo opera tenebrarũ et induamur arma lucis. ¶ Do. dieb⁹ ab octa. epiph. vsq ad pas. dñi qñ de do. agit. In. iii. noc. ã. Preceptũ dñi lucidum illuminans oculos. ¶ Dominicis diebus per esta. qñ de do. agit vsq ad adue. In. iii. noc. ã. Spõsus vt e thalamo pcessit/ christus in orbẽ descẽdens celo iure salutifero. Ps.
19. Exaudiat te dñs ĩ die tribulationis: protegat nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: et de sion tueat te.
Memor sit omnis sacrificii tui: ⁊ olocaustũ tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secũdũ cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tuo: et in nomine dei nri magnificabimur.
Impleat dominus oms petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluũ fecit dominus chrm suum.
Exaudiat illum de celo sctõ suo: in potentatib⁹ salus dextere eius.
Hi in currib⁹ et hi ĩ eqs: nos aũt in nomĩe dñi dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus.
Domine saluũ fac regẽ et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Gloria. Per aduentũ ã. Hora est iam nos de somno surgere: et aperti sunt

oculi nři surgere ad xp̄m
qⁱ lux vera est fulgens in
celis. Ab octa. epiph. vsq̄
ad passio. dñi. a͂. Impleat
dñs omnes petitiones tu
as. Per esta. An. Auxiliū
nobis saluator mitte sa=
lutis: et tribuas vitam tē
pore perpetuo. Psalmus
20. Domine i virtute tua
letabit rex: et super
salutare tuū exultabit ve=
hementer.
Desideriū cordis eius
tribuisti ei: et volūtate la=
bioꝝ ei⁹ non fraudasti eū
Qm̄ ꝑuenisti eū in bñdi=
ctionibus dulcedinis: po=
suisti in capite ei⁹ coronā
de lapide precioso.
Uitam petiit a te et tri=
buisti ei: lōgitudinem die
rum in seculum ⁊ in secu
lum seculi.
Magna est gloria eius i
salutari tuo: gloriā et ma
gnum decorem impones
super eum.
Qm̄ dabis eum in bene=
dictionē i seculū seculi: le=
tificabis eum i gaudio cū
vultu tuo.
Quoniā rex sperat in do
mino: ⁊ i mia altissimi nō
commouebitur.
Inueniat man⁹ tua oib⁹
inimicis tuis: dext'a tua
inueniat oēs q̄ te oderūt
Pones eos vt clibanum
ignis i tp̄e vultus tui dñs
in ira sua cōturbabit eos
et deuorabit eos ignis.
Fructū eorum de terra
perdes: ⁊ semen eorum a
filiis hominum.
Qm̄ declinauert̄ i te ma=
la: cogitauerūt consilia q̄
non potuerunt stabilire.
Qm̄ pones eos dorsum
in reliquiis tuis prepara
bis vultum eorum.
Exaltare dñe in virtute
tua: cātabim⁹ et psallem⁹
v̄tutes tuas. Gl'ia. Per
adue. An. Gaudete in dño
semp: modestia vr̄a nota
sit oībus hoīb⁹ dñs prope
est nichil solliciti sitis: sed
in oi oratione petitiones
vestre innotescāt apud de
um. ℣. Egredieť domin⁹
de loco sancto suo. ℟. Ue
niet vt saluet ppl'm suum
Nō dicat vlteri⁹. Ab oct.
epipha. vsq̄ ad pas. do. a͂.
Domine in virtute tua le
tabit rex. ℣. Exaltare do
mine in v̄tute tua. ℟. Cā
tabim⁹ et psallemus vir=
tutes tuas. Per esta. An.
Rex sine fine manens mi
seris tu pce ruinis: ꝑmis
cōcedēs et tua cuncta re=
gēs. ℣. Exaltare. Compl.

Hy⁹. āḃro: sij et augustini.



Te deum laudam⁹ te dñz confitemur.
Te eternuz patrem: oīs t'ra venerat'.
Tibi oēs angeli: tibi celi et vniuerse potestates.
Tibi cherubin ⁊ seraphī. incessabili voce ꝓclamāt.
Sctūs. Sctūs. Sāctus.
Dominus deus sabaoth
Pleni sūt celi ⁊ terra maiestatis glorie tue.
Te gl'ios⁹: apl'oꝝ chorus
Te ꝓphetarum: laudabilis numerus.
Te martyꝝ cādidatus: laudat exercitus.
Te p̄ orbē terrarum: sancta confitetur ecclesia.
Patrē: imēse maiestat'.
Venerandū tuum verū: et vnicum filium.
Sanctum quoqꝫ: paraclitum spiritum.
Tu rex glorie christe.
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominē: non horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credētibus regna celorum.
Tu ad dexterā dei sedes in gloria patris.
Iudex crederis: esse venturus.
Te ergo q̄sumus famulis tuis subueni: quos p̄ciosо sanguine redemisti.
Eterna fac cū sctis tuis in gloria numerari.
Saluū fac ppl'm tuū dñe et benedic hereditati tue
Et rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudam⁹ nomē tuū ī seculū: et in seculū seculi.
Dignare dñe die isto: sine peccato nos custodire
Miserere nostri dñe miserere nostri.
Fiat mīa tua dñe super nos: quemadmodum sperauimus in te.
In te dñe speraui: nō confundar ī eternū. ℣. Excelsus sup oēs gentes dñs.
℟. Et sup celos gl'ia ei⁹.
De⁹ in adiutoriū. In laudi. Ān. Regnauit dñs p̄cinctus fortitudine cuz decore virtutū: cui⁹ sedes est in eternum. Ps. Dñs regnauit. Ā. Sciam⁹ oēs qa dñs ipse est de⁹ cui iubilem⁹ ⁊ exaltem⁹ ⁊ laudem⁹ nomē ei⁹ ī eternū. Ps. Jubilate. Ān. Bñdicā te in vita mea vt videā virtutem

tuā et gloriā tuā. Ps. Deus deus me⁹. An. Oīs creatura celi et tre bn̄dicat dn̄m hymnū dicat et superexaltet eū in sc̄la. ℣. Bn̄dicite.

Ps. 148. An. Spūs oīs laudet dn̄m qꝛ ipse dixit et facta sunt oīa: mādauit et creata sunt vniuersa. Ps. Laud. do. de ce. Ne p̄dicte āe. sep in lau. dicant do. dieb⁹ qn̄ inchoat aliq̄ noua histo. cū pleno serui. et qn̄ vicio fit serui. de do. añ. lxx. vel añ adue. Mediis vero do. dr̄ hec sola ā. Regnāit. Ps.

92. 

Dominus regnauit decorē īdut⁹ est: indut⁹ ē dn̄s fortitudinē et precinxit se.

Etenī firmauit orbē terre: qui non cōmouebitur.

Parata sedes tua extūc: a seculo tu es.

Eleuauerūt flumīa dn̄e: eleuauerūt fluīa vocē suā.

Eleuauerūt fluīa fluct⁹ suos: a vocib⁹ aq̄ꝝ mltaꝝ

Mirabiles elationes maris: mirabilis ī altis dn̄s.

Testimonia tua credibilia facta sūt nimis: domū tuam decet sanctitudo domine in longitudinē dieꝝ.

Gloria patri. Psalmus.

Iubilate deo oīs terra: seruite dn̄o in letitia. 99.

Introite in cōspectu ei⁹: in exultatione.

Scitote qm̄ dn̄s ipse ē deus: ipse fecit nos et nō ipsi

Popul⁹ ei⁹ et oues (nos. pascue ei⁹ introite portas ei⁹ in ɔfessiōe: atria ei⁹ in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen ei⁹ qm̄ suauis ē dn̄s in etnū mīa ei⁹: et vsq̄ ī gn̄atiōe et gn̄ationē vitas ei⁹. Gloria. Ps.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. 62.

Sitiuit in te aīa mea: q̄ꝫ multipliciť tibi caro mea.

In terra deserta inuia et inaquosa sic in sctō apparui tibi: vt viderē virtutē tuam et gloriam tuam.

Quoniā melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: et in nomīe tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea et labiis exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamēto alarum

tuarũ exultabo / adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vo in vanũ qͥsierũt aĩam meã ĩtroibũt in inferiora ťre tradenť ĩ man⁹ gladij: ptes vulpiũ erũt.
Rex vo letabiť ĩ deo laudabunť oẽs qͥ iurãt in eo: qꝛ obstructũ est os loquẽtium iniqua. Psalmus.
66. Deus misereať nr̃i et benedicat nobis: illuminet vultũ suum super nos ꝛ misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam: in oĩbus gentibus salutare tuum.
Confiteanť tibi pplĩ de⁹: confiteãtur tibi pplĩ oẽs.
Letẽtur ꝛ exultẽt gẽtes qm̃ iudicas pplos ĩ eqͥtate: ꝛ gẽtes ĩ terra dirigis.
Cõfiteanť tibi pplĩ deus cõfiteantur tibi pplĩ oẽs: terra dedit fructũ suum.
Bñdicat nos de⁹ deus nr̃ bñdicat nos de⁹: et metuant eum oẽs fines terre.
Gloria patri. Canticum.
Dan. 3.c. Benedicite oĩa opera dñi dño: laudate ꝛ superexaltate eũ in secula.
Bñdicite angeli dñi dño: benedicite celi domino.
Bñdicite aq̃ oẽs q̃ super celos sunt dño: benedicite omnes virtutes dñi dño.
Bñdicite sol et luna dño: benedicite stelle celi dño.
Bñd ymber ꝛ ros dño: bened oĩs spũs dei dño.
Bened ignis et est⁹ dño: bened frig⁹ ꝛ estas dño.
Bñd rores ꝛ pruina dño: bened gelu ꝛ frigus dño.
Bñd glacies ꝛ niues dño bened noctes ꝛ dies dño.
Bñd lux et tenebre dño: bñd fulgura ꝛ nubes dño
Bñdicat ťra dñm laudet et superexaltet eũ in sc̃la.
Bened montes et colles dño: bened vniuersa germinantia in terra dño.
Bened fontes dño: bened maria et flumina dño.
Bened cete et oĩa q̃ mouentur in aq̃s dño: bened oẽs volucres celi dño.
Bñd oẽs bestie ꝛ pecora dño: bñd filij hoĩm dño.
Bñdicat israel dñm: laudet ꝛ superexaltet eũ ĩ sc̃la.
Bened sacerdotes domini dño: bñd serui dñi dño.
Bñdicite spũs et aĩe iustoꝝ dño: benedicite sc̃i ꝛ humiles corde domino.
Bñdicite anania azaria misael dño: laudate et superexaltate eũ in secula.
Bñdicam⁹ patrẽ et filiũ cũ sc̃to spũ: laudemus et

superexaltemus eũ in sc'la.
Benedictus es dñe in firmamento celi: ꝛ laudabilis ꝛ gl'iosus et superexaltatus in secula. Psalm⁹.
148. Laudate dñz de celis: laudꝫ eũ in excelsis.
Laudꝫ eũ oẽs angeli ei⁹: laudꝫ eũ oẽs ṽtutes eius.
Laudate eũ sol et luna: laudꝫ eũ oẽs stelle ꝛ lumẽ.
Laudate eũ celi celoꝝ: et aque q̃ super celos sunt laudent nomen domini.
Qꝛ ipse dixit ꝛ facta sũt: ipe mãdauit ꝛ creata sũt.
Statuit ea in eternum ꝛ in seculũ seculi: preceptuꝫ posuit et non preteribit.
Laudate dñm de terra: dracones et oẽs abyssi.
Ignis grãdo nix glacies spiritus ꝓcellarum: que faciunt verbum eius.
Montes et oẽs colles: ligna fructifera ꝛ oẽs cedri
Bestie et vniuersa pecora: serpẽtes ꝛ omnes volucres pennate.
Reges terre ꝛ oẽs ppl'i: pricipes ꝛ oẽs iudices t're
Iuuenes et virgines senes cũ iunioribus laudẽt nomen dñi: quia exaltatũ est nomen eius solius.
Confessio eius super celum et terrã: et exaltauit cornu populi sui.
Hymnus oĩbus sanctis ei⁹: filijs israel populo appropinquãti sibi. Psalm⁹
Cantate dño cãticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. 149
Letet' isrl'i eo q̃ fecit eũ ꝛ filie siõ exultẽt ĩ rege suo.
Laudent nomẽ eius in choro: in tympano ꝛ psalterio psallant ei.
Quia bñplacitũ est dño in populo suo: ꝛ exaltauit mansuetos in salutem.
Exultabũt scti in gl'ia: letabunt' in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eoꝝ: ꝛ gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciẽdã vĩdictã ĩ nationib⁹: icrepatiões ĩ ppl'is
Ad alligandos reges eorũ in cõpedib⁹: et nobiles eoꝝ in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudiciũ cõscriptũ: gl'ia hec est oĩbus sctis eius. Psalmus
Laudate dñm in sctis ei⁹: laudate eũ in firmamento virtutis eius. 150.
Laudate eũ in ṽtutib⁹ ei⁹: laudate eũ scd'm multitudinẽ magnitudĩs ei⁹.
Laudate eũ in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eũ in tympano et choro: laudate eũ in chordis et organo.
Laud eũ in cymbalis bñ sonãtib⁹ / laud eũ in cymbalis iubilatiõis: oĩs spũs laudet dñm. Gl'ia. Cõm.
Apo. 7. c. Benedictio ⁊ claritas et sapia ⁊ grãꝝ actio honor et virt⁹ ⁊ fortitudo deo nr̃o ĩ scl'a scl'oꝝ amẽ.
P. s. Hoc cap. dr in oĩbus do. ad lau. a Dñe ne ĩ ira. vsq₃ ad. lxx. et a De⁹ oĩm. vsq₃ ad aduẽ. qñcũq₃ agitur de do ¶ In oib⁹ do. a Dñe ne in ira. qñ de dñica agitur vsq₃ ad. xl. dicit ad lau. hic seqñẽs Hymnus

Eterne rerũ cõditor / noctẽ diẽq₃ q̃ regis: ⁊ temporum das tempora / vt alleues fastidium.
Preco diei iam sonet / noctis ꝓfunde peruigil: nocturna lux viantib⁹ / a nocte noctem segregans.
Hoc excitat⁹ lucifer / soluit polũ caligine: hoc omnis errorũ chorus / viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit põtiq₃ mitescũt freta: hoc ipsa petra ecclesie / canente culpam diluit.
Surgam⁹ ergo strennue gallus iacentes excitat: ⁊ somnolẽtos increpat / gallus negantes arguit.
Gallo canẽte spes redit / egris salus refundit: mucro latronis conditur: lapsis fides reuertitur.
Iesu labentes respice / et nos videndo corrige: si respicis lapsus cadunt / fletuq₃ culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus mẽtisq₃ somnũ discute: te nr̃a vox primũ sonet / ⁊ vota soluamus tibi.
Gl'ia tibi dñe / q̃ na. vsq₃ ad puri. post puri. vo dr
Deo prĩ sit gloria / eiusq₃ soli filio: cum spũ paraclito ⁊ nũc ⁊ ĩ ꝑpetuũ. Amẽ
℣. Dñs regnuit. ℟. Decorẽ induit all'a. Iste v⁹. cũ ꝑdi. cp. dicat in lau. oibus do. vsq₃ ad. lxx. et a Deus oĩm. vsq₃ ad aduentũ dñi qñ de do. agit. A. lxx. vsq₃ ad. xl. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis. ℟. A gñatione et ꝓgenie. Per estatẽ in do. et fer. diebus vsq₃ ad aduẽ. dr ad lau. hic sequens hymnus qñ de do. vel de feria agit. Hymn⁹.

Ecce iã noctis tenuatur vmbra / lucis aurora rutilans coruscat: nisibus totis rogitem⁹ omnes cunctipotentem.

Ut de⁹ nr̄ miseratus oēm pellat languorem tribuat salutē: donet et nobis pie tate p̄ris/regna polorū.

Prestet hoc nob; deitas beata/patris ac nati pari terq; sancti sp̄us cuius re boat in oī/gloria mundo.

℣. Dn̄s regnauit. ℟. Decorē induit all'a. Canticū.

Luce i.g. Benedictus dn̄s deus israel: quia visitauit et fecit redemptionē plebis sue.

Et erexit cornu salut; nobis: in domo dauid pueri

Sicut locut⁹ est per (sui. os sanctor: q̄ a seculo sunt prophetarum eius.

Salutē ex iimicis nr̄is: et de manu oīm q̄ oderūt nos

Ad faciēdā miam cū patribus nr̄is: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurādum quod iurauit ad abrahā patrem nostrum: daturū se nobis.

Ut sine timore de manu inimicor nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sctitate et iustitia corā ipso: oīb⁹ diebus nr̄is.

Et tu puer pphta altissimi vocaber; : p̄ibis ei añ faciē dn̄i parare vias ei⁹.

Ad dandā sciētiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera mie dei nostri: in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto.

Illumiare his q̄ in tenebris ꝛ in vmbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nr̄os i viā pac;. Gl'ia. Ps.

Ad te leuaui oculos meos: q̄ hitas i celis 122.

Ecce sicut oculi seruor: in manibus dn̄or suorū.

Sicut oculi ancille in manib⁹ dn̄e sue: ita oculi nostri ad dn̄m deū nostrum donec misereatur nostri.

Miserere nr̄i dn̄e miserere nostri: qr multū repleti sumus despectione.

Qr multū repleta est aīa nr̄a: opprobriū abundantibus ꝛ despectio supbis.

Gl'ia. Kyrie el'. Xp̄e el'. Kyrie el'. Pater noster.

Et ne nos. Sed libera.

Exurge domine adiuua nos. Et libera nos ppter nomen tuum. p̄.43

Dn̄e deus virtutū cōuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. p̄.79

Dn̄e exaudi. Et clamor.

Dn̄s vobiscū. Et cū. Oro.

Ecclesie tue dn̄e p̄ces placat⁹ admitte: vt destruct; aduersitatib⁹ ꝛ erroribus vniuersis secu=

ra tibi seruiat libertate/ ꝛ
pacē tuā nr̄is cōcede tp̄i-
bus. P. ¶ Ad primā hy⁹.



Iam luc⁊ or-
to sydere de
um p̄cemur
supplices /
vt i diurnis
actib⁹ / nos
seruet a nocentibus.
Linguam refrenās tem
peret/ne litis horror inso-
net: visum fouēdo ꝯtegat
ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis itima/
absistat et vecordia: car-
nis terat superbiam/po-
tus cibiq; parcitas.
Ut cum dies abscesserit
noctemq; sors reduxerit:
mundi per abstinentiam
ipsi canamus gloriam.
Deo prī sit gloria/eiusq;
soli filio: cū spū pa[ra]clito et
nūc ꝛ i ppetuū. Amē. Ps.
21. Deus de⁹ me⁹ respice
in me q̄re me dereli-
quisti: longe a salute mea
verba delictoꝝ meorum.
Deus me⁹ clamabo per
diem ꝛ nō exaudies: ꝛ no
cte ꝛ nō ad isipiētiā mihi.
Tu autem in sancto ha-
bitas: laus israel.
In te spauerūt pr̄es nr̄i:
sperauerūt ꝛ liberasti eos.
Ad te clamauerūt ꝛ sal-
ui facti sunt: in te spera-
uerūt ꝛ non sunt confusi.
Ego autē sum vermis ꝛ
non homo: opprobriū ho-
minū et abiectio plebis.
Oēs videntes me derise-
rūt me: locuti sunt labijs
et mouerunt caput.
Sperauit in domino eri-
piat eū: saluū faciat eum
quoniam vult eum.
Qm̄ tu es qui extraxisti
me de vētre spes mea ab
vberib⁹ matris mee: in te
proiectus sum ex vtero.
De ventre matris mee
deus me⁹ es tu: ne disces-
seris a me.
Qm̄ tribulatio ꝓxima ē:
qm̄ non est qui adiuuet.
Circundederunt me vi-
tuli multi: tauri pingues
obsederunt me.
Aperuerūt sup me os suū:
sicut leo rapiēs ꝛ rugiēs.
Sicut aq̄ effusus sū: ꝛ dis
persa sunt oīa ossa mea.
Factū est cor meū tanq̄
cera liquescens: in medio
ventris tui.
Aruit tanq̄ testa virtus
mea ꝛ ligua mea adhesit
faucib⁹ meis: et in pulue-
rē mortis deduxisti me.
Qm̄ circundederunt me
canes multi: consiliū ma-
lignantium obsedit me.

Foderūt manus meas
⁊ pedes meos: dinumera
uerunt oīa ossa mea.
Ipsi vero cōsideraverūt
et inspexerūt me: diuiserūt
sibi vestimēta mea ⁊ sup
vestē meā miserunt sortē.
Tu aūt dñe ne elongaue
ris auxiliū tuū a me: ad
defensionē meā conspice.
Erue a framea deus ani
mam meam: et de manu
canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis
et a cornibus vnicorniū
humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum
fratribus meis: in medio
ecclesie laudabo te.
Qui timetis dñm lauda
te eū: vniuersum semē ia
cob glorificate eum.
Timeat eū oē semē isrł:
qm̄ nō spreuit neq; despe
xit deprecationē pauperis.
Nec auertit faciē suam
a me: et cum clamarē ad
eum exaudiuit me.
Apō te laus mea ī eccle
sia magna: vota mea red
dā in ꝯspectu timētiū eū.
Edent pauperes ⁊ satu
rabunt et laudabūt dñm
qui reqrūt eū: viuent cor
da eoꝝ in seculum seculi.
Reminiscent ⁊ ꝯuertēt ad
dñm: vniuersi fines terre
Et adorabūt in cōspectu
ei⁹: vniuerse familie gētiū
Qm̄ dñi est regnū: et ipse
dominabitur gentium.
Māducauerūt et adora
uerūt oēs pingues terre:
in cōspectu ei⁹ cadēt oēs
qui descendūt in terram.
Et aīa mea illi viuet: ⁊ se
men meum seruiet ipsi.
Annūciabit dño genera
tio vētura ⁊ annūciabūt
celi iustitiā ei⁹: pplo qui
nascet quē fecit dñs. Ps.
Dominus regit me et 22.
nichil michi deerit:
in loco pascue ibi me col
locauit.
Super aquā refectio
nis educauit me: animā
meam conuertit.
Deduxit me sup semitas
iustitie: ꝓpter nomē suū.
Nā ⁊ si ābulauero ī me
dio vmbre mortꝭ: nō time
bo mala qm̄ tu mecū es.
Virga tua ⁊ bacul⁹ tu⁹:
Eripe me dñe ab homine malo:a viro iniquo eripe me. 139.

Qui cogitauerũt iniqtates in corde:tota die cõstituebant prelia.

Acuerunt linguã suã sicut serpentes : venenum aspidũ sub labiis eorum.

Custodi me dñe de manu pctõris: et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi.

Et funes extẽderũt i laqueum:iuxta iter scandalum posuerunt michi.

Dixi domino deus meus es tu : exaudi dñe vocem deprecationis mee.

Dñe dñe virtus salutis mee: obũbrasti super caput meum in die belli.

Nō tradas me dñe a desiderio meo pctōri: cogitauerunt cōtra me ne derelinquas me ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorũ: labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadēt sup eos carbōes in ignē deiicies eos: i miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur i terra: virũ iiustũ mala capient in interitu.

Cognoui qr faciet dñs iudiciũ inopis: et vindictam pauperum.

Verũtamē iusti ꝯfitebũtur nomini tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo.

Sꝉia. an. A viro iniquo libera me dñe. Psalmus.

140. DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinum.

Pone domine custodiã ori meo: ⁊ ostiũ circũstantie labiis meis.

Nō declines cor meũ in verba malicie ad excusãdas excusatiōes in pctis.

Cũ hoibus operãtibus iniqtatē: ⁊ nō cōmunicabo cum electis eorum.

Corripiet me iustus in mĩa ⁊ increpabit me: oleũ autē pctōris non impinguet caput meum.

Qm adhuc ⁊ orõ mea in beneplacitis eorũ: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.

Audient verba mea qm potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nr̃a secus infernum: quia ad te dñe dñe oculi mei in te speraui/non auferas animam meam.

Custodi me a laq̃o quē statuerunt michi: et ab scandalis operantiũ iniquitatem.

Cadēt i retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

Gloria pr̃i. Sicut erat.

an. Domine clamaui ad te exaudi me. Psalmus.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dñm dep̃cat⁹ sũ. 141

Effundo in cōspectu ei⁹ orationem meã: et tribu

lationem meam ante ip=
sum pronuncio.
In deficiendo ex me spi=
ritum meum: ꝛ tu cogno
uisti semitas meas.
In via hac qua ambula
bam: absco͂derūt laqueū
michi.
Cōsiderabam ad dexte=
ram ꝛ videbā: et nō erat
qui cognosceret me.
Periit fuga a me: et nō
est q̄ requirat aīam meā
Clamaui ad te domine
dixi tu es spes mea: por=
tio mea in terra viuentiū
Intende ad deprecatio=
nem meā: quia humilia=
tus sum nimis.
Libera me a persequen
tibus me: quia conforta=
ti sunt super me.
Educ de custodia aīam
meam ad confitendū no=
mini tuo: me expectāt iu=
sti donec retribuas mihi
Gloria. an. Portio mea
dn̄e sit in terra viuētium
Cap. Dn̄s autem dirigat
Sequens hy⁹ dr solū ad
ves. fer. vi. proxima ante
do. in. xl. quādo in p̄dicta
fer. vi. agitur de fer. Hy⁹.
Plasmator hoīs de⁹
q̄ cūcta sol⁹ ordinās
humum iubes ꝓducere/
reptantis et fere genus.
Qui magna rerū corpa
dictu iubentis viuida: vt
seruiant per ordinē / sub=
dens dedisti homini.
Repelle a s̄uis tuis / q̄c=
quid p immundiciā: aut
moribus se suggerit aut
actibus se interserit.
Da gaudiorum p̄mia /
da gratiarū munera / dis=
solue litis vincula / astrin
ge pacis federa.
Presta pr̄. ℣. Dirigatur
Per estatem hy⁹. Lucis
creator. ℣. Dirigatur. an Luce
Suscepit de⁹ israel puer l. e.
suū sicut locut⁹ est abra=
hā ꝛ semini ei⁹: et exalta=
uit hūiles vsq; i seculum.
ps. Magt. preces. ꝛc. vt
in. ii. fer. ad matu. Nō dr
ad vesperas iste p̄. 142.
Domine exaudi orationē
meā auribus ꝑcipe obse=
crationem meam. ¶ Sab
bato ad vesp. Psalmus.
Benedictus 143.
dn̄s de⁹ me=
us q̄ docet
man⁹ meas
ad prelīū: ꝛ
digitos me=
os ad bellum.
Misericordia mea et re=
fugium meum: susceptor
meus et liberator meus.
Protector me⁹ et in ipso

sperauí qui subdit populum meum sub me.

Dñe quid est homo qr innotuisti ei: aut fili9 hois quia reputas eum.

Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereunt.

Dñe iclina celos tuos et descende: tãge montes et fumigabunt.

Fulgura coruscationẽ et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et conturbabis eos.

Emitte manũ tuam de alto eripe me ⁊ libera me de aq̃s mult?: et de manu filiorum alienorum.

Quorũ os locutũ est vanitatem: et dextera eorũ dextera iniquitatis.

Deus canticũ nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

Qui das salutẽ regibus qui redemisti dauid seruum tuũ/de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum quorũ os locutum est vanitatẽ et dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorũ filij sicut nouelle plantationes: in iuuentute sua.

Filie eorum composite: circumornate vt similitudo templi.

Promptuaria eorꝫ plena: eructãtia ex hoc in illud.

Oues eorum fetose abũdãtes in egressibus suis: boues eorum crasse.

Non est ruina macerie: neqꝫ trãsitus neqꝫ clamor in plateis eorum.

Beatũ dixerunt populũ cui hec sunt: beat9 populus cuius dñs deus eius

Gloria pri. A. Benedict9 dñs deus meus. Psalm9

Exaltabo te de9 meus rex et benedicam nomini tuo in seculum: et in seculum seculi. 144.

Per singulos dies benedicam tibi: ⁊ laudabo nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.

Magn9 dñs et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.

Gñatio et gñatio laudabit opera tua: et potentiã tuam pronunciabunt.

Magnificẽtiã glorie sctitatis tue loquentur: ⁊ mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribiliuꝫ tuorum dicẽt: ⁊ magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriã abũdãtie sua

uitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors.
Suauis dñs vniuersis et miserationes eius sup omnia opera eius.
Confiteant tibi domine oĩa opera tua: et sancti tui benedicant tibi.
Gloriã regni tui dicẽt: et potẽtiam tuam loquent.
Ut notã faciant filijs hominũ potentiã tuã: et gloriam magnificẽtie regni tui.
Regnum tuũ regnũ omniũ seculorum: et dñatio tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dñs i omnibus verbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuat dñs oẽs qui corruunt: et erigit oẽs elisos
Oculi oĩm in te sperant dñe: et tu das escam illis in tempore oportuno.
Aperis tu manũ tuã: et imples omne animal benedictione.
Iustus dñs in oĩb⁹ vijs suis: et sanctus in oĩbus operibus suis.
Prope est dñs oĩbus inuocãtibus eum: oĩbus inuocãtibus eũ in veritate
Voluntatem timẽtium se faciet et deprecationẽ eorũ exaudiet: et saluos faciet eos.
Custodit dñs omnes diligentes se: et omnes peccatores disperdet.
Laudationẽ dñi loquetur ós meũ et bñdicat oĩs caro nomini sctõ eius in seculũ: et in seculũ seculi.
Gl'ia patri. ã. In eternũ et in seculum seculi. ps.
145. Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo q̃diu fuero.
Nolite cõfidere in principibus in filijs hoĩm: in q̃bus non est salus.
Exibit spũs ei⁹ et reuertetur in terrã suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor ei⁹/spes ei⁹ in domino deo ipsius q̃ fecit celũ et terram: mare et omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatem in seculum facit iudiciuz iniuriam patiẽtibus: dat escam esurientibus.
Dñs soluit cpeditos: dominus illuminat cecos.
Dñs erigit elisos: dñs

diligit iustos.

Dñs custodit aduenas pupillũ ⁊ viduã suscipiet et vias pctõꝝ disperdet.

Regnabit dñs in secula deus tuus sion in genera tione ⁊ generationem.

Gloria. A. Laudabo deũ meum in vita mea. Ps.

146. Laudate dñm qm̃ bo nus est psalm⁹: deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio.

Edificans hierusalẽ do minus: dispersiões israe lis congregabit.

Qui sanat ꝯtritos corde et alligat cõtritiões eoꝝ

Qui numerat multitudi nem stellarũ: ⁊ omnibus eis nomina vocat.

Magn⁹ dñs noster ⁊ ma gna vtus eius: ⁊ sapiẽtie eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos dñs: humilians aũt pecca tores vsq; ad terram.

Precinite dño in confes sione: psallite deo nostro in cithara.

Qui operit celũ nubib⁹ et parat terre pluuiam.

Qui producit in mõtib⁹ fenum: ⁊ herbam seruitu ti hominum.

Qui dat iumẽtis escam ipsorum: et pullis coruo rum inuocãtibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tybiis viri beneplacitũ erit ei.

Beneplacitũ est dño su per timẽtes eum: et in eis qui sperãt super mia ei⁹.

Glia pa. An. Deo nostro iocunda sit laudatio. Ps.

Lauda hierl'm dñm: 147.
lauda deum tuũ siõ.

Qm̃ ꝯfortauit seras por tarum tuarum: benedi xit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquiũ suũ terre: velociter currit ser mo eius.

Qui dat niuem sicut la nam: nebulam sicut cine rem spargit.

Mittit cristallum suã si cut buccellas: ante faciez frigoris ei⁹ q̃s sustinebit

Emittet verbũ suũ et li quefaciet ea: flabit spiri tus eius et fluent aque.

Qui annunciat verbum suũ iacob: iustitias et iu dicia sua israel.

Nõ fecit taliter omni na tioni: ⁊ iudicia sua nõ ma nifestauit eis. Gloria. A. Lauda hierusalem dñm

Cpim.x. Ad corinthios.i.

Benedictus de⁹ et pater dñi nr̄i iesu christi pater misericordiarū et de⁹ toti⁹ consolationis: qui consolat̄ nos in omni tribulatione nostra. Deo grās. Hoc cpm. dr in sab. ad ves. a̋ Dñe ne i ira. vsq ad.lxx.et a Deus oim. vsq ad aduen. dni: qn de do. agit̄. Hic seqns. Hy⁹. dicit̄ ad ves. in sabbato a Dñe ne in ira. vsq ad.xl. qn de dñica agitur. Hy⁹.

1.Co. 1.a. Deus creator omniū polique rector vestiēs diem decoro lumie/noctē soporis gratia.

Art⁹ solutos vt qes reddat laboris vsui: mētesq fessas alleuet/luctusq soluat anxios.

Grates peracto iā die et noctis exortu preces: votis reos vt adiuues hymnum canentes soluimus

Te cordis ima cōcinant te vox canora concrepet te diligat castus amor/te mens adoret sobria.

Ut cum pfundo clauserit/diem caligo noctium: fides tenebras nesciat/et nox fidei luceat.

Dormire mētē ne finas dormire culpa nouerit: castos fides refrigerās/ somni vaporem tēperet.

Exuta sensu lubrico/ te cordis alta somnient: ne hostis inuidi dolo/pauor quietos suscitet.

Christū rogemus et patrē / christi patrisq spm: vnum potens per omnia foue precantes trinitas. Amē. ℣ Uespertina oratio ascēdat ad te domine ℟ Et descendat super nos mia tua. Seqns hy⁹ dr in sabbatis ad vesp. a̋. Deus oim. vsq ad aduē. qn de dñica agitur. Hy⁹.

O Lux beata trinitas et principalis vnitas: iam sol recedit igneus infunde lumen cordibus.

Te mane laudū carmie te deprecemur vesperi: te nostra supplex gl'ia p cūcta laudet secula.

Deo pr̄i sit gl'ia eiusq soli filio: cū spiritu paraclyto/ et nunc et in perpetuū Amē. ℣ Uespertina orō. Et dr a̋. vt decet. Canticū.

Magnificat: aīa mea dominum. Luce 1.e.

Et exultauit spūs meus in deo salutari meo.

Quia respexit hūilitatē ancille sue: ecce eñi ex hoc beatam me dicent oēs ge

nerationes.
Quia fecit mihi magna qui potēs est: et sanctum nomen eius.
Et mia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in bra chio suo: dispersit sup̄bos mente cordis sui.
Deposuit potentes de se de: et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bo nis: et diuites dimisit in= anes.
Suscepit israel puerum suū: recordatus mie sue.
Sicut locut⁹ est ad p̄res nostros: abrahā ꝛ semini eius in secula. Gloria pa.
Ad complet. dicto Pa= ter noster. et Aue maria Incipiat sacerdos. Con uerte nos deus salutaris noster. R. Et auerte irā tuam a nobis.
Deus in adiutoriū meū intende.
Dñe ad adiuuandū me festina. Gloria patri. Ps.
4. Com= plet. Añ.

Cum inuoca rem exaudi uit me de⁹ iustitie mee i tribulatio= ne dilatasti michi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hoim vsq̄quo gra ui corde: vt quid diligitis vanitatē et queritis men dacium.
Et scitote quoniam mi= rificauit dñs sanctū suū: dñs exaudiet me cum cla mauero ad eum.
Irascimini ꝛ nolite pec= care que dicitis in cordi= bus vestris: ꝛ in cubilib⁹ vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in dño multi dicunt quis osten= dit nobis bona.
Signatū est sup nos lu= men vult⁹ tui dñe: dedisti leticiam in corde meo.
A fructu frumenti vini et olei. sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dor miam et requiescam.
Quoniam tu domie sin= gulariter in spe: constitui= sti me. Gloria patri. Ps.
In te domine speraui 30. non confundar i eter= num: in iustitia tua libe ra me.
Inclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me.
Esto mihi in deū prote= ctorē: et in domū refugii

vt saluum me facias.
Qm̄ fortitudo mea ⁊ re=
fugiū meū es tu: et ꝓpter
nomē tuum deduces me
et enutries me.
Educes me de laq̄o quē
absconderūt michi: qm̄ tu
es protector meus.
In man⁹ tuas dn̄e cōmē=
do spm̄ meū: redēisti me
dn̄e de⁹ veritat. Gl'ia. Ps.
90. Qui habitat i adiuto
rio altissimi: in ꝓte=
ctione dei celi cōmorabit.
Dicet dn̄o susceptor me⁹
es tu: ⁊ refugium meum
deus me⁹ sperabo in eū.
Quoniam ipse liberauit
me de laqueo venātium:
et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbra
bit tibi: et sub pēnis eius
sperabis.
Scuto circundabit te ve
ritas eius: non timebis a
timore nocturno.
A sagitta volante in die/
a negocio pambulante in
tenebris: ab incursu et de
monio meridiano.
Cadent a latere tuo mil
le/ et decē milia a dextris
tuis: ad te autem non ap
propinquabit.
Veruntn̄ oculis tuis cō=
siderabis: et retributionē
peccatorum videbis.
Quoniam tu es dn̄e spes
mea: altissimum posuisti
refugium tuum.
Nō accedet ad te malū:
et flagellū non appropin=
quabit tabernaculo tuo.
Qm̄ angelis suis mādа=
uit de te: vt custodiāt te in
omnibus viis tuis.
In manib⁹ portabunt te
ne forte offendas ad lapi
dem pedem tuum.
Sup̄ aspidē ⁊ basiliscū
ambulabis: ⁊ cōculcabis
leonem et draconem.
Qm̄ i me sperauit libera
bo eū: protegā eum qm̄ co
gnouit nomen meum.
Clamauit ad me et ego
exaudiā eum/ cū ip̄o sum
in tribulatione: eripiā eū
et glorificabo eum.
Longitudine dier̄ reple
bo eum: ⁊ ostendā illi salu
tare meum. Psalmus.
Ecce nūc bn̄dicite do= 133.
minū: oēs serui dn̄i.
Qui statis in domo dn̄i:
in atriis domus dei nr̄i.
In noctib⁹ extollite ma=
nus vestras in scā: et be=
nedicite dominum.
Benedicat te dn̄s ex sion:
qui fecit celum ⁊ terram.
Gl'ia. An. Miserere mihi
dn̄e: ⁊ exaudi orōnē meā.
Hec predicta an. & super

nos ꝑos ꝑ totū aduen. et a crastino octa. epip. vsq; ad. xl. ⁊ a dñica in passione vsq; ad cenam dñi: et a crastino scē trinita. vsq; ad aduētum domini: nisi in fes. et in octa. beate marie: et in festis reliquiarum: et omniū sanctorum. Capi.

Hier. 14. b. Tu in nobis es dñe/ ⁊ nomen sanctū tuum inuocatū est sup nos: ne derelinquas nos domine deus noster. Hoc cpm dicitur ad cōplet. per totū annū: nisi a cena dñi vsq; ad octa: pasche. Hymnus.

Te lucis an̄ terminū/ rerum creator poscimus: vt solita clementia/ sis presul ad custodiam.

Procul recedāt somnia/ et noctiū fantasmata: hostemq; nostrum cōprime/ ne polluantur corpora.

Presta pater ops/ ꝑ iesum xp̄m dñm: qui tecū in perpetuū/ regnat cum sancto

Ps. 16 spiritu. Amen. ℣. Custodi nos dñe. ℞. Ut pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum ꝓtege nos.

Canticum simeonis.

Luce 2. e. Nunc dimittis seruū tuum dñe: scd̄m verbum tuum in pace.

Quia viderūt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumē ad reuelationem gētiū: et gloriā plebis tue israel. Gloria. an̄. Ueni dñe visitare nos in pace: vt letemur corā te corde perfecto. Kyrie el. ⁊c. Sequūtur preces. Hoc cōple. non mutat in aduē. nisi in fes. dup. infra aduē. cōtingē. tunc em̄ mutat hy⁹. solūmodo: et dicit hy⁹. Saluator. Et nisi in cōme. b. ma. cu infra aduē. celeb. fue. tunc tm̄ in fine hym. dicit Gloria tibi dñe q̄ nat⁹. In Cōpl. 2. vigi. nati. do. ad cōple. sup ps. an̄. Estote parati sil'es Luce 12. e. hoībus expectātib⁹ dñm suū qn̄ reuertat a nuptijs ps. Cū inuo. ut cetera ut con sueti. Cp. Tu in no. Hy⁹.

Saluator mundi dñe/ qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos ꝓtege/ ⁊ salua omni tēpore.

Adesto nunc propitius/ et parce supplicantib⁹: tu dele nostra crimina/ tu tenebras illumina.

Ne mētem somn⁹ opprimat/ nec hostis nos surripiat: nec vllis caro petimus/ cōmaculet sordib⁹.

Te reformator sensuū/

votis precamur cordiu͂: vt puri castis mentibus/ surgamus a cubilibus. Deo patri sit glo͂ria/eiusq͂ soli filio:cum spiritu paraclito/et nu͂c et in ppetuu͂. Ame͂. ℣. Custodi nos dn͂e. Hic hy⁹. dr̄ ad co͂ple. quotidie vsq͂ ad octa. epip. et in ipsis octa. ⁊ in om̄ibus festis dup. ab oc. epi. vsq͂ ad pri͂ma͂ do. xl. Et in om̄ibus festis dup. a pentec. vsq͂ ad vigil. nati. dn̄i. Dicit etia͂ in vigi. pe͂te. ⁊ per ipsius eb. scil3 iii. v. iiii et vi. fer. et sab. Et quotidie per octa. ⁊ in oct. assu͂p. ⁊ nati. bte͂ marie:dedicationis ecclesie:siue de oct. fit seruitiu͂:siue de aliq͂ sacto ix. lec. Et per octa. corporis chr̄i:vbi fiunt cu͂ regie

Mar. 13.d. chori. an̄. Uigilate oe͂s et orate/nescitis eni qn̄ tempus sit : vigilate ergo nescitis eni qn̄ dn̄s veniet: sero/an media nocte / an gallica͂tu:an mane:ne cu͂ venerit repente/inueniat vos dormie͂tes. ps. Nunc di. Preces ⁊c. q̄ ad co͂ple. pertine͂t/expleatur. ❡ In

Co͂pl. 3. die nati. do. ad co͂ple. super ps an̄. Natus est nobis hodie saluator q̄ est chr̄s dn̄s in ciuitate dauid. ps. Cu͂ inuo. Cap. Tu in nob. Hy⁹. Saluator. ℣. Custodi nos. an̄. All'a:verbum caro factu͂ est all'a : et habitauit in nobis all'a all'a Joan. 1.b. ps. Nunc di. Preces ⁊c. vt͂s. Hoc co͂plet. non mutat vsq͂ ad circuncisione͂. an̄. vero sup Nunc dimit. dicit vsq͂ ad vigi. epipha.

Co͂pl. 4. ❡ In die circu͂cisionis do. ad co͂ple. an̄. Nato dn̄o angelor chori canebant dice͂tes:salus deo nr̄o sedenti super thronu͂ ⁊ agno. ps. Cu͂ inuo. Cp. Tu in nobis. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi. an̄. All'a:verbu͂ caro. ps Nunc di. Preces ⁊c. q̄ ad cople. pertine͂t/expleant. Hoc co͂ple. no͂ mutat vsq͂ ad vigi. epi. ❡ In vigilia

Co͂pl. 5. epi. ad co͂ple. sup ps an̄. Lux de luce apparuisti chr̄e:cui magi munera offerunt all'a all'a all'a. ps. Cu͂ inuo. Cap. Tu in nob. Hy⁹. Saluator. ℣. Custodi. an̄. All'a:oe͂s de saba venient all'a:auru͂ ⁊ thus deferentes all'a all'a. ps. Nunc dimittis. Hoc completorium no͂ mutat per totam octa. ❡ In crastino epi. ad comple. an̄. Miserere. ps. Cu͂ inuo. Cpl. Tu in nobis. Hy⁹. Te lu-

Esaie 60.b.

Co͂pl. 6.

eis. ℣. Custodi nos. aña. Salua nos dñe vigilantes: custodi nos dormientes: vt vigilemus cū xp̄o/ et requiescam⁹ in pace. ps. Nunc dimit. vrā. Preces ꝛc. que ad complet. pertinent/ expleant. Hoc completo. sr a crastino octa. epi. vsqꝫ ad .xl. Et a crastino sancte trinita. vsqꝫ ad aduē. dñi: nisi in fest. dup. et p octa. visita. assump. et natiuit. beate marie: et dedicationis ecclesie: ꝛ nisi in cōmemo. btē marie.

Cōpl. 7. ¶ Dñica prima .xl. ad cōpleto. sup ps an. Signatū est sup nos lumen vultus tui dñe: dedisti letitiā in corde meo. ps. Cum inuo. Cp. Tu in no. Clericus ℟. In pace. Chor⁹ pseqt in idipm. Dormiā et requiescā. Cleric⁹ ℣. Si dedero

Ps. 131. somnū oculis meis: ꝛ palpebris meis dormitationē. Chor⁹. Dormiā. Cleri. ℣. Gloria pri ꝛ filio ꝛ spūi sctō. Chor⁹. In pace. Hy⁹.

Christe q̄ lux es et dies/ noct̄ tenebras detegis: lucisqꝫ lumē credens/ lumē beatū p̄dicans.

Precamur sctē dñe/ defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies/ quietam noctem tribue.

Ne grauis sōn⁹ irruat/ nec hostis nos surripiat: nec caro illi consentiens/ nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant/ cor ad te semp vigilet: dextera tua protegat/ famulos qui te diligunt.

Defensor nr̄ aspice/ insidiātes reprime: guberna tuos famulos/ quos sanguine mercatus es.

Memento nr̄i dñe/ in graui isto corpore: q̄ es defensor aie/ adesto nobis dñe.

Deo pri sit gloria/ eiusqꝫ soli filio: cum spū paraclito/ et nūc et in perpetuū. Amē. ℣. Custodi nos. an. Cū vider̄ nudū operi eū

et carnē tuam ne despexeris: tunc erūpet q̄si mane lumen tuū: et gl'ia dñi colliget te. ps. Nūc dimittis. Esaie 58. c.

Hec predicta an. videlꝫ Signatū est. et ℟. In pace. et hy⁹. Chr̄e q̄ lux. dicātur quotidie ad cōple. vsqꝫ ad passionē dñi de q̄cūqꝫ fit serui. an. No sup Nunc dimit. p. xv. dies. ¶ Dñica

Cōpl. 8. iii. xl. ad cōple. an. Signatū est. ps. Cū inuo. Cp. Tu in no. ℟ in. In pace. Hy⁹. Chr̄e qui. ℣. Custodi. ps. Nūc di. an. Media vita in

morte sum⁹: quē q̄rimus adiutorē nisi te dn̄e/q̄ pro pctis nr̄is iuste irasceris Sctē de⁹ Sctē fortꝫ Sctē ꝛ mi͞sicors saluator/ama re morti ne tradas nos. ℣. Ne ꝓiicias nos in tpe senectutis: cum defecerit virt⁹ nr̄a ne derelinquas nos dn̄e. Sctē de⁹. ℣. Noli claudere aures tuas ad preces nr̄as. Sctē fortis. ℣. Qui cognoscis occulta cordis parce peccatis no stris. Sācte et misericors saluator amare morti ne tradas nos. Hec ān. dicit sup psal. Nunc dimit. per xv. dies. ℣. vero nō dicūt nisi in sabb. et in dn̄icis: ꝛ in fes. ix. lec. In fest. dupl. ad vtrūqꝫ cōple in supio ri gradu dicātur loco nec bitu mutato. ❡ Dn̄ica in
Cōpl. passione ad cōple. Ān. Mi
9. serere. ℟. Cū inuo. Cā. Tu in no. Clericus ℟. In ma nus tuas. Chor⁹ ꝓsequat Dn̄e commēdo spm̄ meū. Cleric⁹. ℣ Redemisti me dn̄e de⁹ v̄itatis. Chorus. Cōmendo. Nō dr̄ Gloria. sed reincipiat cleric⁹. In manus tuas. Hymnus.

CUltor dei memento te fontis et lauachri rorem subiisse sanctum te chrysmate innouatum.

Hac cum vocāte somno castum petis cubile: fron tem locumqꝫ cordis/cru cis figura signet.

Crux pellit om̄e crimē/ fugiunt crucē tenebre: ta li dicata signo / mens flu ctuare nescit.

Procul o procul vagan tum/portenta somniorū: procul esto peruicaci/pre stigiator astu.

O tortuose serpens / qui mille per meādros: frau desqꝫ flexuosas / agitas quieta corda.

Discede christus hic est christus hic est liquesce: signū qd ipse nosti / dam nat tuam cateruam.

Corpus licet fatiscēs ia ceat/recliue paululū: chri stum tamen sub ipso me ditabitur sopore.

Gloria eterno pr̄i: ꝛ chr̄o vero regi: paraclitoqꝫ san cto/ꝛ nūc et in perpetuū. Amē. ℣ Custodi nos. ps. Nūc dimit. ān O rex glo Vief.
riose inter sctōs tuos/qui 14.b.
semꝑ es laudabilis/et tn̄ ineffabilis: tu in nobis es dn̄e: et nomen sctm̄ tuum inuocatū est suꝑ nos / ne derelinqs nos deus nr̄: vt in die iudicii nos colloca

re digneris Inter sctōs et electos tuos Rex benedicte. ℣. Rex bn̄dicte tuos per ꝓspera dirige seruos. Inter. Et dr vsq ad finē an. Alius ℣. Ut tergant miseras pia p ieiunia culpas. Rex bene. Alius ℣. Atq colant pure solēnia mystica pasche. Inter sanctos ꝛ electos tuos rex benedicte. vsq ad finem an. Hoc cōple. dr quotidie vsq ad cenā domini supradicto modo de q̄cūq fit seruitiū. Excep. q in fe. non dnr ℣. post psal. Nunc di.

Cōpl. lo. ℂ Feria. v. in cena dni: ad cōpl. in primis inchoetur ab executore officii an. Chr̄s fact9 est. sine nota: ps Cū inuo. In te dn̄e spe. Ecce nūc. Nūc dimit. sine Glia. Post ps. dr tota an. Chr̄s factus est ꝓ nobis obediēs vsq ad mortem mortē aūt crucis. Deinde dicat sacer. Dn̄s vobiscū. Et cum spū tuo. Oratio.

Respice q̄s dn̄e super hanc familiā tuā pro qua dn̄s nr̄ iesus chr̄s nō dubitauit manibus tradi nocentiū: et crucis subire tormētū. que terminet sic Qui tecū vi. ꝛc. Dn̄s vobiscū. Et cum spiritu tuo. Benedicamus dn̄o. Deo gr̄as.

Cōpl. u. ℂ Fer. vi. in die parasceues ad cōpl. incipiat sacer. an. sine nota. Chr̄s factus est. Et interim fiat genuflexio in choro. ā. ꝛc. oīa fiant sicut in die cene: sine Dn̄s vobiscum. ꝛ sine Oremus. Et post ps. ꝛ an. dr Pater nr̄. et Aue ma. et ps Miserere. sine Glia pri. cum ꝓstra. Et finaliter cōple. sacerd. dicēte orōnē Respice q̄s dn̄e. sine Dn̄s vo. et sine Oremus. ꝛ sine Qui te. ꝛ sine Bn̄dicam9. et sic cōpleat.

Cōpl. ii. ℂ Sab. sctō in vigil. pasc. pulsatis cāpanis duobus signis duplicit vel triplicit incipiat sacerd. De9 in adiu. Glia patri. ꝛc. more solito sine Cōuerte nos. an. incipiat in superiori grad. Alla alla alla alla. ps Cū inuo. In te dn̄e. Ecce nūc bn̄. Nunc dimit. Et dnr hi ps predicti sub vna voce nullum psal. exaltādo: qd etiā obseruet q̄tidie vsq ad octa. pasc. ad cōpl. Finitis ps cum Glia. tota dr an. Deinde dicitur Domin9 vobiscū. et Oremus. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacra-

mentis paschalibus satia
sti: tua facias pietate con
cordes. Per dominũ. In
vnitate eiusdẽ. cum Dñs
vobiscũ. Benedicamus
domino. sine alleluia ab ex-
ecutore officii. Et sciendũ
est quod hec oratio dicit
quotidie ad complet. vsq
Cõpl. ad octa. pasche. ¶ In die
13. pasche ad cõpleto. Deus
in adiutoriũ. an. et ps. si-
cut in sabbato. Repetita
an. post psal. statim inci-
piatur a cantore R. Hec
ps. 117. dies quam fecit dñs exul
temus et letemur in ea.
sine neumate. Deinde di-
cat sacerd. V. In resurre
ctione tua xpe. Celi et ter-
ra letentur all'a. Dñs vo-
biscum. Oremus. Oratio
Spiritũ nobis. cum Do-
minus vobiscũ. et Bene-
dicamus dño. sine all'a.
Hoc eodem modo dicit cõ
pletorium per totã ebdo.
Cõpl. vsq ad sabbatũ. ¶ Domi-
14. nica in octa. pasche ad cõ
pletoriũ Conuerte nos. et
Deus in adiutorium. an.
All'a all'a all'a all'a. ps. Cũ
inuocarem. In te dñe spe.
Qui habitat. Ecce nunc.
Hym. Tu in nobis. Vs.
Iesu saluator secli / ver-
bum patris altissimi:

lux lucis inuisibilis / cu-
stos tuorum peruigil.
Tu fabricator omnium /
discretor atq temporum:
fessa labore corpa: noctis
quiete recrea.
Et dum graui in corpo-
re / breui manemus tpe: sic
caro nostra dormiat / vt
mens in christo vigilet.
Te deprecamur suppli-
ces / vt nos ab hoste libe-
res: ne valeat seducere /
tuo redẽptos sanguine.
Quesumus auctor omnium /
in hoc paschali gaudio:
ab omni mortis impetu / tuũ
defende populum.
Gloria tibi dñe / q surrexi
sti a mortuis: cũ patre et
scõ spũ / in sempiterna se
cula. Amen. Vs. Custodi
nos. an. All'a: resurrexit Mat.
dñs all'a: sicut dixit vobis 26. c.
all'a all'a. ps. Nũc dimit.
Preces rc. que ad cõple-
torium pertinẽt / expleã-
tur. Hoc cõpletorium nõ
mutatur vsq ad ascẽ. do.
de quocũq fit seruitium:
nisi qñ dicit de sctã maria
tunc enim dr in fine hym.
Quesumus auctor. cũ V.
Gl'ia tibi dñe q na. Ita tñ
q an. sup ps dr vsq ad
fest. s. trin. ¶ In vigi. ascẽ. Cõpl.
dñi ad cõpleto. super ps 15.

vt in octa. pasche. Capl'm Tu in nobis. Hymnus.

IEsu nostra redẽptio/ amor et desideriũ: de⁹ creator omniũ/ homo in fine temporum.

Que te vicit clemẽtia/ vt ferres nostra crimia: crudelem mortem patiẽs/ vt nos a morte tolleres.

Inferni claustra penetrans/ tuos captiuos redimens: victor triumpho nobi'li/ ad dexterã patris residens.

Ipsa te cogat pietas/ vt mala nr̃a superes: parcẽdo et voti compotes/ nos tuo vultu saties.

Tu esto nr̃m gaudiũ/ q̃ es futurus premium: sit nostra in te gl'ia/ per cuncta semper secula.

Gloria tibi dñe/ qui scandis supra sidera: cũ patre et sctõ spũ in sempiterna secula. Amen. ℣. Custodi nos. an. All'a: ascendens chr̄s in altũ all'a: captiuã duxit captiuitatẽ alleluia all'a. ps Nunc di. Hoc eodẽ modo dr̄ cpl'. quotidie vsq̃ ad pẽte. de quocunq̃ fit seruit. nisi qñ dr̄ de commẽo. btẽ ma. tũc em̃ post ℣. Tu esto. dr̄ ℣. Gloria tibi dñe q̃ na. ¶ In vigi. pẽteco. ad cple. an. All'a. iiij. Cõpl'. 16.
vtã in octa. pasc. Cap. Tu in no. Hy⁹ Saluator. ℣. Custodi. an. All'a spiritus paraclitus alleluia: docebit nos oia all'. all'. ps. Nũc dimittis. Preces ⁊c. q̃ ad cõple. pertinẽt/ expleant.

¶ In die pente. ad cõple. Cõpl'. 17.
an. All'a. iiij. vtã. ps. Cũ inuo. Cp Tu in no. Hac die et trib⁹ dieb⁹ seq̃ntib⁹ pro hymno dr̄ ista sequentia.

Alma chorus domini/ nunc pangat nomina summi.

Messias/ sother/ emmanuel/ sabaoth/ adonai.

Est vnigenitus/ via/ vita/ manus/ homousion.

Principium/ primogenitus/ sapientia/ virtus.

Alpha/ caput/ finisq̃ simul vocitatur: et est oo.

Fons/ ⁊ origo boni paraclitus: ac mediator.

Agnus/ ouis/ vitul⁹/ serpens/ aries/ leo/ vermis.

Os/ verbũ/ splendor/ sol/ gloria/ lux/ et imago.

Panis/ flos/ vitis/ mõs/ ianua/ petra/ lapisq̃.

Angel⁹/ ⁊ spõs⁹/ pastorq̃ propheta/ sacerdos.

Athanatos/ kyrios/ theos/ panthon/ crathon/ et isus.

Saluificet nos.
Sit cum secla.
Per oia doxa. Amen. ℣.
Custodi nos. Reliqs vero
diebus dr hy⁹. Saluator.
Añ Alma: sp̃us paraclitus
ps. Nunc dimit. ⁊c. ¶ In
Cõpl'. 18. festo scte trinit. ad cõple.
añ Miserere. ps. Cum in
uocarem. cap̃m. Tu in no
bis. hy⁹ Saluator. ℣. Cu-
stodi nos. añ. Lucē tuam
domine nobis concede vt
destitutis cordium tene-
bris/peruenire possimus
ad lumē qd est christus.
ps. Nūc dimit. Hoc cõpl'.
dr oibus dup. fest. ab hac
die vsq ad aduētum dñi.
Et ab oct. epipha. vsq ad
do. primā. xl. nisi in fes. ⁊ p
octa. btē marie: et in fest.
reliqarū: et oim sctõꝝ. Di-
cet etiā in fes. ⁊ in octa. de
dicationis eccl'ie/de quo-
cūq fit serui. si extra ad-
uen. et. xl. ⁊ tps pasc. eue.
Et si per estatē cõtige. vel
alias qñ octa. cū reg. cho-
ri hr̃e poter. sicut habet i
eodem fest. ¶ In fes. reli-
Cõpl'. 19. quiarū ⁊ oim sctõꝝ ad cõ
pleto. super ps añ. San-
ctoꝝ pcibus cunctoꝝ red-
de salutē corporis et ani-
me chr̃e tuis famulis. ps.
Cū inuocarē. cap̃m. Tu in
nobis. hy⁹. Saluator. ℣.
Custodi nos. añ. Lucem
tuam. ps. Nūc dimittis.
¶ In purifi. btē marie ad Cõpl'.
cõplet. sup ps añ. Uirgo 20.
verbo cõcepit: virgo per-
māsit: vgo peperit regem
oim regū. ps. Cū inuoca.
Cap̃ Tu in nob. hy⁹ Sal-
uator. ℣ Custodi. añ Glo
rificamus. ps. Nunc di.
¶ In visitatione ⁊ assum Cõpl'.
ptione eiusdē: ad cõpleto. 21.
sup psal. añ Sācta maria
virgo intercede pro toto
mūdo qr genuisti regem
orbis. ps Cū inuoca. Cap̃.
Tu in no. hy⁹. Saluator.
℣ Custodi. añ Gl'ificam⁹
ps. Nūc dimit. ¶ In nati. Cõpl'.
eiusd. ad cõpl'. sup ps ã. 22.
Btā mat' et innupta vgo
gl'iosa: regina mūdi inter
cede p nobis ad dñm. ps
Cū iuo. cap̃. Tu in no. hy⁹.
Saluator. ℣ Custodi. ã.
Gl'ificam⁹ te dei genitrix/
qr ex te nat⁹ est christ⁹: sal
ua omnes qui te glorifi-
cant. ps. Nunc dimittis.
Kyrie eleison. iij. Xpe
eleison. iij. Kyrie el'.
iij. Predicta añ. videlicet
Glorificamus. dr in oib⁹
fes. et per octa. btē marie.
Et in cõmẽo. eiusdē per to
tum annū nisi in aduētu

Et in annūciatiōe: ꝛ in tpe pasc. ¶ Sequuntur pces.
Pater nr. Aue maria.
Et ne nos. Sed libera.
In pace in idipm. Dormiam et requiescam.
Credo in deum.
Carnis resurrectionē.
Et vitam eternam amen.
Benedicamus patrem ꝛ filium cum sancto spiritu
Laudemus et superexaltemus eum in secula.
Dan. 3. e. Benedictus es dñe in firmamēto celi. Et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula.
Benedicat et custodiat nos oṗs et misericors domin⁹. Amen. Confiteor.
Misereatur. ꝛ Absolutionem. tam ad primā ꝙ ad cōplet. per totū annū qn Confiteor dr. Et dr priuatim / vt vix audiat a choro: hoc modo respiciēs ad altare. Confiteor deo / beate marie / oībus sanctis Vertens se ad chorum / ꝛ vobis: peccaui nimis cogitatione / locutiōe / ꝛ opere: mea culpa. Respiciēs ad altare. Precor sanctā mariam / oēs sctōs dei. Respiciens ad chorum. Et vos orare pro me. Chorus respōdeat ad eū conuersus. Misereat. Postea primo ad altare ɔuersus Confiteor Deinde ad sacerd. cōuersus vt prius sacerd. se habuit. Deinde dicat sacerd. ad chorum.
Misereat vrī oṗs de⁹: et dimittat vobis oīa pctā vestra: liberet vos ab omi malo: conseruet et confirmet in bono: et ad vitam perducat eternam. Amē.
Absolutionē et remissionem oīm peccatorū vroꝝ spatium vere penitentie / emendationem vite: gratiam et cōsolationē sancti spirit⁹: tribuat vobis omnipotens ꝛ misericors dominus. Amen.
Deus tu cōuersus viuificabis nos. Et plebs tua letabitur in te. ṗ. 84
Ostende nobis dñe misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. Ibid.
Dignare domine nocte ista. Sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine. Miserere nostri. ṗo. 122.
Fiat mia tua dñe super nos. Quemadmodū sperauimus in te. ṗo. 32
Dñe deus virtutū cōuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. ṗ. 79.

Dñe exaudi orõnẽ meã. Et clamor me⁹ ad te ve. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.
Ne pces preciere dñr supradicto modo per totuz annũ ad cple. tã in festis dup. q̃ simpl. etiã sine regimine chori. Et in fe. nisi a cena do. vsq3 ad oc. pasca tñ q in oibus fe. p aduen. et a Dñe ne i ira. vsq3 ad cenam dni: et a Deus oim. vsq3 ad aduẽ. dni qn de fe. agitur. Post ℣ Fiat mia. ꝛc. statim sequatur
Exaudi dñe vocẽ meam qua clamaui ad te. Miserere mei ꝛ exaudi me. Sequat ps Misere. tot⁹ ps. vł cu Glia. et Sicut erat. sine nota. Et tuc oia nant in prostra. ab inceptione Kyrie el. vsq3 post oro. et Confiteor. et Misereat. et Absolutionem. ita tamen q̃ inmediate post psal. erigat se sacerd. solus dicẽ.
p.43. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos ꝑpter nomen tuum.
p.79. Dñe deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuã et salui erimus.
Dñe exaudi orõnẽ meã. Et clamor me⁹ ad te ve. Dñs vo. Et cũ. Oremus.

Illumina q̃s dñe deus tenebras nr̃as: et totius noctis insidias: tu a nobis repelle propitius. Per do. in viu. eius d. Dñs vo. Bñdicamus dño. Nec oro pdicta cũ cp. et ℣ Custodi nos. dicant ad completo. per totũ annũ nisi a cena do. vsq3 ad oct. pasche. ¶ Omni die per annũ post cõpletorium de die: ꝛ post matut. de die/ pter q̃ in dup. fes. et per octa. corporis xpi: et visitationis: assumptionis: ꝛ natiuitatis bte marie: et dedicat. eccłie: ꝛ nois iesu: et in die aiaꝝ: et in vigił nati. dñi: et abhic vsq3 ad inceptionem histo. Dñe ne in ira. et a. iiii. fer. ante pasc. vsq3 ad inceptionem historie. Deus oim. dicit pro pace eccłesie: cuz genuflexione sine nota iste Psalmus.

Ad te leuaui oculos 122. meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita oculi nostri ad dñm deũ nr̃m / donec misereatur nostri.
Miserere nostri dñe mise

rere nr̃i: q2 multũ repleti
sumus despectione.

Quia multũ repleta est
anima nostra: opprobriũ
abundãtibus et despectio
supbis. Gl'ia. Finito po-
sequit Kyrie el'. X p̃e el'.
Kyrie eleisõ. Pater nr̃.
Deinde dicat sacer. execu
tor officii in audientia si-
ne nota. Et ne nos. Sed.

P. 43. Exurge domine adiuua
nos. Et libera nos ꝓpter
nomen tuum.

P. 79. Dñe deus virtutum cõ-
uerte nos. Et ostẽde faciẽ
tuam et salui erimus.

Dñe exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscũ. Et cũ. Oro

Ecclesie tue dñe pces
placatus admitte: vt
destructis aduersitatib9
et erroribus vniuersis/se
cura tibi seruiat libertate
et pacẽ tuã nostris conce-
de tẽporibus. Per chr̃m.

His dictis surgat sacerd.
et oẽs clerici a ꝓstratio-
ne osculantes formulas.

¶ Psalmi penitentiales.
Contra iram. Psalmus.

6. Domine ne in
furore tuo
arguas me:
neq3 in ira
tua corripi-
as me.

Miserere mei dñe quoni
am infirm9 sum: sana me
domine quoniã cõturba-
ta sunt ossa mea.

Et aĩa mea turbata est
valde: sed tu dñe vsq3quo.

Conuertere dñe et eripe
animã meã: saluũ me fac
propter miam tuam.

Quoniam nõ est in mor
te qui memor sit tui: in in-
ferno autem quis confite
bitur tibi?

Laboraui i gemitu meo
lauabo per singulas no-
ctes lectũ meum: lachry-
mis meis stratũ meum
rigabo.

Turbatus est a furore
ocul9 me9: inueteraui in-
ter oẽs inimicos meos.

Discedite a me oẽs qui
operamini iniquitatem:
quoniam exaudiuit dñs
vocem fletus mei.

Exaudiuit dñs depreca
tionem meam: dñs oratio
nem meam suscepit.

Erubescant 7 cõturben-
tur vehemẽter omnes ini
mici mei: conuertantur 7
erubescãt valde velocit'.
Gloria patri. ¶ Contra
superbiam. Psalmus.

31. Beati quorũ remisse
sunt iniqtates: 7 quo
rum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui nō impu tauit dn̄s peccatū:nec est in spiritu eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerunt ossa mea:dum clamarem tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata est sup me manus tua: cōuersus sum in erumna mea dū configitur spina.
Delictū meū cognitū tibi feci:et iniustitiā meam non abscondi.
Dixi ↄfitebor aduersum me iniustitiā meam domino:ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te ois sctūs:in tēpore oportuno
Uerūtn̄ in diluuio aquarum multarū:ad eum nō approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundātibus me.
Intellectum tibi dabo et instruā te in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus:quibus non est intellectus.
In chamo ꝛ freno maxillas eorum cōstringe: qui non approximāt ad te.
Multa flagella peccōris: sperātem autē in dn̄o misericordia circundabit.
Letamini in dn̄o et exultate iusti:ꝛ gl'iamini oēs recti corde. Gloria patri.
¶ Contra gulā. Psalmus 37.
Domine ne in furore tuo arguas me:neqꝫ in ira tua corripias me.
Quoniā sagitte tue īfixe sunt michi:et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue:nō est pax ossibus meis:a facie peccatoꝝ meorum.
Qm̄ iniq̄tates mee super gresse sunt caput meū:et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerunt ꝛ corrupte sunt cicatrices mee:a facie insipientie mee.
Miser factus sum ꝛ curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Qm̄ lūbi mei īpleti sunt illusionibus:ꝛ non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum ꝛ humiliatus sum nimis:rugiebā a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum:et gemitus meus a te non est

absconditus.
Cor meum cõturbatum
est: dereliquit me virtus
mea et lumen oculorum
meorum/et ipsum nõ est
mecum.
Amici mei ꝛ ꝓximi mei:
aduersum me appropin
quauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erãt de
longe steterunt: ꝛ vim fa=
ciebant qui querebãt ani
mam meam.
Et qui inquirebant ma=
la michi locuti sunt vani=
tates: ꝛ dolos tota die me
ditabantur.
Ego autẽ tanq̃ꝫ surdus
non audiebam: et sicut
mutus non aperiens os
suum.
Et factus sum sicut ho=
mo non audiens: et non
habens in ore suo redar=
gutiones.
Quoniam in te dñe spe=
raui: tu exaudies me dñe
deus meus.
Quia dixi nequando su=
pergaudeãt michi inimi=
ci mei: et dum commouẽ=
tur pedes mei super me
magna locuti sunt.
Qm̃ ego in flagella para
tus sum: ꝛ dolor meus in
conspectu meo semper.
Qm̃ iniquitatẽ meã an=
nunciabo: ꝛ cogitabo pro
peccato meo.
Inimici autẽ mei viuũt
et cõfirmati sunt sup me:
et multiplicati sunt q̃ ode
runt me inique.
Qui retribuũt mala pro
bonis detrahebant mihi:
quoniam sequebar boni=
tatem.
Ne derelinquas me do=
mine deus meꝰ ne disces=
seris a me.
Intende in adiutorium
meum: domine deus salu
tis mee.
Gloria. ¶ Cõtra luxuriã
ps. Miserere mei deus se
cundum magnam mise.
¶ Contra auariciam. ps.
Domine exaudi ora= 101
tionem meam: ꝛ cla=
mor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tu
am a me: in quacunq̃ꝫ die
tribulor inclina ad me au
rem tuam.
In quacunq̃ꝫ die inuoca
uero te: velociter exaudi
me.
Quia defecerunt sicut
fumus dies mei: et ossa
mea sicut cremium arue
runt.
Percussus sum vt fenũ
et aruit cor meum: quia
oblitus sum comedere pa

nem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui et factus sum: sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanq̄ panē manducabā: et potum meū cum fletu miscebā.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerūt: et ego sicut fenum arui.
Tu autē dn̄e in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione ꝛ generationem.
Tu exurgēs domine misereberis siō: quia tēpus miserēdi eius quia venit tempus.
Qm̄ placuerunt seruis tuis lapides eius: ꝛ terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum dn̄e: et oēs reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dn̄s siō: et videbitur in glīa sua.
Respexit in orationē humilium: ꝛ non spreuit precem eorum.
Scribant hec in ḡnatione altera: ꝛ ppl'us q̄ creabitur laudabit dominū.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemit⁹ compeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Ut annūcient in sion nomē domini: et laudē eius in hierusalem.
In cōueniendo populos in vnum: et reges vt seruiant domino.
Respōdit ei in via virtutis sue: paucitatē dierum meorum nuncia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorū: in generatione et generationē anni tui.
Initio tu dn̄e terrā fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribūt tu aūt permanes: et oēs sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabūtur: tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient.

Filij seruoꝝ tuoꝝ habi-
tabūt: ⁊ semē eoꝝ in secu-
lum diriget. Gl'ia. ¶ Con
tra inuidiā. ps. De pro-
fundis. require vt supra.
¶ Contra accidiam. ps.
142. Domine exaudi ora-
tionē meā auribꝰ pci
pe obsecrationē meam in
veritate tua exaudi me
in tua iustitia.
Et non intres in iudiciū
cū seruo tuo: q2 non iusti-
ficabitur in cōspectu tuo
omnis viuens.
Quia psecutꝰ est inimicus
aīam meā: humiliauit in
terra vitam meam.
Collocauit me in obscu-
ris sicut mortuos seculi:
et anxiatꝰ est sup me spi-
ritus meus: in me turba
tum est cor meum.
Memor fui dierum anti-
quoꝝ meditatus sum in
omnibus operibus tuis:
in factis manuū tuarum
meditabar.
Expandi manus meas
ad te: aīa mea sicut ter-
ra sine aqua tibi.
Velocit' exaudi me dñe:
defecit spiritus meus.
Nō auertas faciē tuam
a me: ⁊ similis ero descen-
dentibus in lacum.
Auditam fac michi ma-
ne misericordiā tuā: quia
in te speraui.
Notā fac mihi viā i qua
ambulē: quia ad te leua-
ui animam meam.
Eripe me de inimicis me-
is dñe ad te confugi doce
me facere volūtatem tuā
quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus de
ducet me in terrā rectam
propter nomen tuum do-
mine viuificabis me in
equitate tua.
Educes de tribulatione
animam meam: et in mīa
tua disperdes omnes ini
micos meos.
Et perdes oēs qui tribu
lant animā meā: qm̄ ego
seruus tuus sum.
Gloria. Aña. Ne reminisca- Tob.
ris dñe delicta nr̄a vel pa 3.a.
rentum nr̄oꝝ: neqꝫ vindi
ctam sumas de pctis no-
stris. Non di vlterius qn̄
dicit' in choro. Parce do-
mine parce populo tuo/
quē redemisti pcioso san-
guine tuo: ne in eternum
irascaris nobis: et ne des
hereditatē tuam in perdi
tionē: ne in eternū obliui-
scaris nobis. ¶ Notandū
qd omni fer. die p totā. xl.
dicit' letania sicut. ij. fer.
vsqꝫ ad ordinē martyꝝ.

Propicius esto. vsq ad finem. Et quicquid sacerdos dicit de letania chorus idem repetat plene & integre vsq prolationem Ut pacem nobis dones. Tunc respōdeat chorus. Te rogamus audi nos. tm: et sic de singulis vsq ad Fili dei: te rogamus audi nos. Et sic respōdeat chorus idē: & sic de singulis vsq ad Kyrie eleison Xp̄e eleison Kyrie eleison

¶ Feria secūda. Letania

Kyrie eleisō. Christe eleison. Christe audi nos.

Pater de celis deus. Miserere nobis.

Fili redemptor mundi. deus. Miserere nobis.

Spiritus sancte de⁹: Miserere nobis.

Sācta trinitas vnus deus: Miserere nobis.

Sancta maria. Ora pro nobis.

Sancta dei genitrix or.

Sctā virgo virginū. or.

Sancte michael or.

Sancte gabriel or.

Sancte raphael. or.

Omnes sancti angeli et archāgeli dei. Orate pro nobis.

Oēs scti btōr spirituum ordines. Orate p nobis.

Sctē ioānes baptista. or.

Oēs scti pr̄iarche et prophete. Orate pro nobis.

Sancte petre. or.

Sancte paule. or.

Sancte andrea or.

Sancte ioannes or.

Sancte iacobe. or.

Sancte thoma or.

Sancte philippe or.

Sancte iacobe. or.

Sancte mathee or.

Sācte bartholomee or.

Sancte simon. or.

Sancte thadee or.

Sancte mathia or.

Sancte barnaba. or.

Sancte marce or.

Sancte luca or.

Oēs scti apl'i & euangeliste. Orate pro nobis.

Oēs scti discipuli dn̄i et innocētes. Orate p nobis

Hucusq dicitur in singulis letaniis. ¶ Feria secūda in quadragesima.

Sancte stephane. or.

Sancte line or.

Sancte clete. or.

Sancte clemens or.

Sancte fabiane or.

Sancte sebastiane or.

Sancte cosma or.

Sancte damiane or.

Sancte prime or.

Sancte feliciane or.

Sancte dionysi cũ sociis tuis: Ora pro nobis.
Sancte victor cum sociis tuis. Ora pro nobis.
Oẽs scti martyres. orate
Sancte siluester or
Sancte leo or
Sancte hieronyme or
Sancte augustine or
Sancte isidore or
Sancte iuliane or
Sancte gildarde or
Sancte medarde or
Sancte albine or
Sancte eusebi or
Sancte swithine. or
Sancte birine or
Oẽs scti ꝯfessores. orate
Omnes sancti monachi et heremite. Orate ꝓ no.
Sancta maria magdalene. Ora pro nobis.
Sancta maria egyptiaca. Ora pro nobis.
Sancta margareta or
Sancta scholastica or
Sancta petronilla or
Sancta genouefa or
Sancta praxedis. or
Sancta sotheris. or
Sancta prisca or
Sancta tecla. or
Sancta affra or
Sancta editha or
Omnes sancte virgines. Orate pro nobis.
Omnes sancti orate

Propitius esto: Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine.
Ab insidiis diaboli. Libera nos domine.
A damnatiõe perpetua Libera nos domine.
Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis. Libera nos domĩe.
Ab infestationibꝰ demonum. Libera nos domine
A spiritu fornicationis. Libera nos domine.
Ab appetitu inanis glorie. Libera nos domine.
Ab omni ĩmundicia mẽtis et corporis. Liba nos domine.
Ab ira ⁊ odio ⁊ oĩm mala volũtate. Libera nos.
Ab ĩmundis cogitationibus. Libera nos domine
A cecitate cordis. Liba.
A fulgure et tempestate Libera nos domine.
A subitanea ⁊ improuisa morte. Libera nos dñe.
Per mysteriũ sancte incarnationis tue. Libera.
Per natiuitatẽ tuã. Li.
Per sanctã circũcisionẽ tuam. Libera nos dñe.
Per baptismũ tuũ. Lib.
Per ieiuniũ tuum. Lib.
Per crucẽ et passionem

tuam. Libera nos domine
Per preciosam mortem
tuā. Libera nos domine.
Per gl'iosa z resurrectio
nem tuā. Libera nos do.
Per admirabilē ascēsio
nē tuam. Libera nos dñe
Per gratiam sancti spi-
ritus paracliti. Libera.
In hora mortis succur-
re nobis domine.
In die iudicii. liba nos.
Peccatores. Te rogamus
audi nos.
Ut pacem nobis dones
Te rogamus audi nos.
Ut mia z pietas tua nos
custodiat. Te rogamus.
Ut ecclesiam tuam rege
re et defensare digneris.
Te rogamus audi nos.
~~Ut domnū apostolicum z~~
omes gradus ecclesie: in
sancta religione cōserua
re digneris. Te rogam⁹.
Ut epos z abbates nr̄os
in sctā religione cōserua-
re digner'. Te rogamus.
Ut regi nostro et princi-
pibus nostris pacē et ve-
ram concordiam atq; vi-
ctoriam donare digneris
Te rogamus audi nos.
Ut congregationes oīm
sctōrū in tuo seruitio con-
seruare digneris. Te ro.
Ut cūctū pplm christia-
nū precioso sanguine tuo
redemptum conseruare
digneris. Te rogamus.
Ut oībus bñfactoribus
nostris sempiterna bona
retribuas. Te rogamus.
Ut aīas nr̄as z parentū
nr̄orū ab eterna dānatio-
ne eripias. Te rogamus.
Ut fructus terre dare z
conseruare digneris. Te
rogamus audi nos.
Ut oculos misericordie
tue sup nos reducere di-
gneris. Te rogamus.
Ut obsequiū seruitutis
nostre rationabile facias
Te rogamus.
Ut mentes nostras ad
celestia desideria erigas
Te rogamus.
Ut miserias pauperum
et captiuoꝝ intueri: et re-
leuare digneris. Te rog.
Ut omnibus fidelib⁹ de-
functis requiē eternā do-
nes. Te rogamus.
Ut nos exaudire digne-
ris. Te rogamus audi.
Fili dei. Te rogam⁹ au
di nos.
Agnus dei q̄ tollis pctā
mundi: exaudi nos dñe.
Agnus dei q̄ tollis pctā
mundi: parce nobis dñe.
Agnus dei q̄ tollis pctā
mundi: miserere nobis.

Kyrie eleison. Christe elei son. Kyrie eleisō. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera.

ps.84 Ostende nobis dn̄e mise ricordiam tuam. Et salu: tare tuum da nobis.

ps.118. Et veniat super nos mia tua dn̄e. Salutare tuum secundum eloquium tuū

ps.105 Peccauimus cum patri bus nostris. Iniuste egi: mus iniquitatem fecim⁹.

ps.102 Dn̄e non scd̄m ptā nr̄a facias nobis neqꝫ secun: dū iniqtates nostras re: tribuas nobis.

ps.131. Oremus ꝓ omni gradu ecclesie. Sacerdotes tui induantur iustitiā/ꝛ san cti tui exultent.

ps.85. Pro fratribus et sorori: bus nr̄is. Saluos fac ser: uos tuos et ācillas tuas deus me⁹ sperantes in te

Ambrosi. Pro cūcto pplo christia no. Saluū fac pplm tuuꝫ dn̄e: ꝛ benedic hereditati tue. et rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum.

ps.121. Domine fiat pax in vir: tute tua. Et abundantia in turribus tuis.

Anime famuloꝝ famu: larūqꝫ tuarū requiescant in pace. Amen.

Domine exaudi oratio: nem meā. Et clamor me⁹ ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Deus cui ꝓprium est misereri semper et parcere suscipe depreca: tionem nostram: vt quos delictorū catena constrin git: miseratio tue pieta: tis absoluat. Per chri: stum dominum nostrum Amen.

Omnipotens sempi: terne deus qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis cōmissas spiritū gra tie salutaris: ꝛ vt in veri: tate tibi cōplaceāt perpe: tuū eis rorem tue benedi ctionis infunde. Oratio.

Deus qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorū cor: dibus fidelium īfundis: da famulis ꝛ famulabus tuis fratribus et sorori: bus nostris pro quibus tuam deprecamur clemē tiam salutem mentis et corporis: vt te tota virtu: te diligant: et que tibi pla cita sunt tota dilectione (perficiant. Oratio.

Deus a quo sancta

desideria recta consilia et iusta sūt opera: da seruis tuis illam quā mundus dare nō potest pacem: vt et corda nostra mādatis tuis dedita: et hostium sublata formidie: tempora sint tua ꝓtectione trāquilla. Oratio.

Ineffabilē misericordiā tuā nobis q̄s domine clementer ostende: vt simul nos et a peccatis omnibus exuas: et a penis q̄s pro his meremur benignus eripias.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor/animabus omnium fidelium defunctorum/remissionem cūctorum tribue peccatorum vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Oratio.

Pietate tua quesumus domine nostrorum solue vincula omnium delictorum: et intercedente beata et gloriosa semperq; vgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis nos famulos tuos/et omnem populum catholicū in omni sanctitate custodi: omnesq; consanguinitate/ac familiaritate/vel confessione nobis iūctos seu omnes christianos a viciis purga/virtutibus illustra/pacem et salutem nobis tribue: hostes visibiles et inuisibiles remoue/pestem repelle/inimicis nostris charitatē largire et omnibus fidelibus viuis/ac defunctis in terra viuentium: vitam et requiem eternam concede. Per eundem christū dominum nostrū. Amen.

¶ Feria tertia in quadragesima ordo martyr. etc.

Sancte thoma or.
Sancte sixte or.
Sancte corneli or.
Sancte cypriane or.
Sancte ioannes or.
Sancte paule or.
Sancte marcelline or.
Sancte petre or.
Sancte vite. or.
Sancte modeste or.
Sancte adriane or.
Sancte nicasi cum sociis tuis. Ora pro nobis.
Sancte eustachi cum sociis tuis. Ora pro nobis
Omnes sancti martyres Orate pro nobis.
Sancte gregori or.
Sancte augustine or.
Sancte ambrosi or.

Sancte remigi. or

Sancte donatiane or

Sancte eligi or

Sancte audomare or

Sancte sulpici or

Sancte paterne or

Sancte patrici or

Sancte dūstane or

Sancte grimbalde or

Omnes sancti confessores. Orate pro nobis.

Omnes sancti monachi et heremite. Orate ꝓ no.

Sancta felicitas or

Sancta perpetua or

Sancta columba or

Sancta christina or

Sancta eulalia or

Sancta eufemia or

Sancta eugenia or

Sancta gertrudis or

Sancta ragenfledis or

Sancta batildis or

Sancta anastasia or

Sancta etheldreda or

Oēs sctē virgines or

Oēs scti. Orate ꝓ nobis

Propitius esto. Parce.

¶ Feria quarta in. xl.

Sancte laurenti or

Sancte tyburti or

Sancte valeriane. or

Sancte prothe or

Sancte hiacincte or

Sancte abdon or

Sancte sennes or

Sancte timothee or

Sancte apollinari or

Sancte saturnine or

Sancte maurici cum sociis tuis. Ora pro nobis.

Sācte gereon cum sociis tuis. Ora pro nobis.

Oēs scti martyres. orate

Sancte hylari or

Sancte martine or

Sancte brici or

Sancte amande or

Sancte vedaste or

Sancte germane or

Sancte ausberte or

Sancte vulfranne or

Sancte arnulphe or

Sancte siluine or

Sancte thaurine or

Sancte cuhberte or

Oēs scti cōfessores or

Oēs sancti monachi et heremite. Orate ꝓ nobis

Sancta agatha or

Sancta susanna or

Sancta brigida or

Sancta barbara or

Sancta marina or

Sancta martina or

Sancta felicula or

Sancta iulita or

Sancta sapientia or

Sancta fides or

Sancta spes or

Sancta charitas or

Oēs sctē virgines or

Oēs scti. Orate ꝓ nobis

Propitius esto. Ut. vtā.

¶ Feria. v. in quadragesima.
Sancte vincenti or
Sancte geruasi or
Sancte prothasi or
Sancte timothee or
Sancte simphoriane or
Sancte felicissime or
Sancte agapite or
Sancte albane or
Sancte gorgoni. or
Sancte achillee or
Sancte hypolite cũ sociis tuis. Ora pro nobis.
Sctẽ luciane cũ so.t. or
Oẽs scti martyres. orate
Sancte nicolae. or
Sancte audoene or
Sancte romane or
Sancte laude or
Sancte machute or
Sancte sanson or
Sancte placide or
Sancte columbane or
Sancte antoni or
Sancte machari or
Sancte richarde or
Sancte ethelvvolde or
Oẽs scti cõfessores orate
Oẽs scti monachi et heremite. Orate pro nobis.
Sancta cecilia or
Sancta fides or
Sancta austreberta or
Sancta emerẽtiana or
Sancta potẽtiana or
Sancta oportuna or
Sancta sophia or
Sancta iuliana or
Sancta beatrix or
Sancta crescẽtia or
Sancta vvalburgis or
Sancta ermenildis or
Oẽs sctẽ vgines orate
Omnes sancti orate
Propiti⁹ esto. par. n. ⁊c.

¶ Feria sexta in. xl.
Sancte quintine or
Sancte christofore or
Sancte lamberte or
Sancte georgi or
Sancte marcelle or
Sancte theodore or
Sancte valentine or
Sancte grisogone or
Sancte felix or
Sancte audacte or
Sctẽ bonifaci cũ. s. t. or
Sctẽ kyliane cũ s. t. or
Oẽs scti martyres or
Sancte benedicte or
Sancte maure or
Sancte maiole or
Sancte egidi or
Sãcte vvãdregisille or
Sancte vvolmare or
Sancte philiberte or
Sancte bertine or
Sancte vvinnoce or
Sancte iudoce or
Sancte petroce or
Sancte butolphe or
Oẽs scti ꝯfessores orate
Oẽs scti monachi et heremite. Orate pro nobis.

Sancta lucia or̄
Sancta katherina or̄
Sancta sabina or̄
Sancta iustina or̄
Sancta eufraxia or̄
Sancta fausta or̄
Sancta monegūdis or̄
Sancta aldegūdis or̄
Sancta radegūdis or̄
Sancta prentia. or̄
Sancta benigna or̄
Sancta wvalburgis or̄
Omnes sancte virgines
Orate pro nobis.
Omnes sancti orate.
Propitius esto. Parce
nobis domine.
Sabba. in q̄dragesima
Sancte calixte. or̄
Sancte vrbane or̄
Sancte magne or̄
Sancte menna or̄
Sancte ruphe or̄
Sancte valeri or̄
Sancte processe or̄
Sancte martiniane or̄
Sancte marce or̄
Sancte marcelliane or̄
Scē gordiane cū so. or̄
Sancte pancraci cum so
ciis tuis. Ora pro nobis.
Oēs sc̄i martyres. orate.
Sancte aldelme or̄
Sancte aniane or̄
Sancte euurci or̄
Sancte basili or̄
Sancte maurili. or̄
Sancte germane or̄
Sancte ausberte or̄
Sancte mammerte. or̄
Sācte wvillibrorde or̄
Sancte leonarde or̄
Sancte athanasi or̄
Sancte oswvalde or̄
Omnes sancti confesso-
res. Orate pro nobis
Omnes sancti monachi
et heremite. orate.
Sancta agnes. or̄
Sancta benedicta or̄
Sancta martha or̄
Sancta helena or̄
Sancta euprepia or̄
Sancta candida or̄
Sancta basilissa or̄
Sancta balbina or̄
Sancta vrsula or̄
Sancta victoria ora
Sancta corona or̄
Sancta sexburgis or̄
Omnes sancte virgines.
Orate pro nobis.
Omnes sancti. Orate p.
Propicius esto. Parce
nobis domine. &c.

Finit psalterium.
ad vsum Sarum.

In vigiliis mortuorū
ad vesperas aña. Place-
bo domino in regione vi-
uorum. ps Dilexi. vicimus.
vs. huius ps. i. Placebo.
non psallatur sed statim
loco añ. cantet secundum

ps.119. vsum Sarū. ān. Heu me
qr incolat⁹ meus ꝓlōga-
tus est. ps. Ad do. cū tri.
ps.120 ān. Dominus custodit te
ab oī malo: custodiat aīaꝫ
tuā dñs. ps. Leuaui. ā. Si
ps.129 iniquitates obseruauerꝭ
dñe dñe qs sustinebit. ps.
De pfūdꝭ. ā. Opa manuū
ps.137 tuarum dñe: ne despicias
ps. Cōfitebor. ℣. A porta
apoc. inferi. ān. Audiui vocem
14.c. de celo dicētē: bti mortui
q in dño moriunt. ps. Magt
Kyrie eleison. Xpe eleisō
Kyrie eleison. Pater nr.
et Aue maria. Deinde i-
ne pronunciatione Et ne
nos. dicat ps. Lauda aīa
Finito ps. dicat executor
offi. ℣. Requiem eternā.
℟. Et lux. A porta inferi.
Credo vide. In tra. Dñs
vo. Et cū. Pro corpe psen
ti cuiuscūqꝫ fuerit dicitur
ista orō tā ad Placebo. qꝫ
ad Dirige. Oratio maior
Deus cui propriū est
misereri semp ꝫ par
cere te supplices depreca
mur pro aīa famuli tui/
vel famule tue quam ho-
die de hoc seculo migrare
iussisti: vt non tradas eā
in man⁹ inimici: nec obli-
uiscaris in finem: sed iu-
beas illam ab āgelis sanc
tis suscipi: atqꝫ ad regio
nem viuorum perduci et
quia in te sperauit et cre-
didit sanctorum tuorum
mereamur societate leta-
ri. Per. In die tricennali
pro quocunqꝫ fuerit dicit
ista oratio ad Placebo.
Deus cui propriū est
misereri semper et
parcere ꝓpiciare anime
famuli tui. vel famule tue
et omnia eius peccata di
mitte: vt mortis vinculis
absolut⁹ vel absoluta trā-
sire mereatur ad vitam.
In anniuersa. de quocun
qꝫ fuerit dicitur ista ora-
tio ad Placebo.
Deus indulgentiarū
dñe: da anime famu
li tui vel famule tue: cui⁹
anniuersarium depositio
nis diem cōmemoramus
refrigerii sedem: quietis
beatitudinē luminis cla-
ritatem. ¶ Pro episcopis
defunctis dicitur ista ora
tio ad Placebo. Oratio.
Deus qui inter ~~apo-~~
~~stolicos sacerdotes~~
famulos tuos pontifica-
li fecisti dignitate censeri
presta quesumus: vt quo
rum vicem ad horam ge
rebāt in terris: eorū per-
petuo consortio letentur

in celis. ¶ Pro fratribus et sororibus dicitur ista oratio ad Placebo. Oro.

Deus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementiam tuam: vt nostrarum congregationum fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt: intercedente beata maria semper virgine / et beato michaele archangelo cum omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Oratio generalis ad Placebo. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. per omnia. Non dicatur Dominus vobiscum. neque Requiescant in pace. quoniam immediate sequitur Dirige. ¶ Ad

Ps.5. matutinum. A. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Ps. Uerba. An. Con-

Ps.6. uertere domine et eripe animam meam quoniam non est in morte qui memor sit tui. Ps. Domine ne in furore. A. Nequando rapiat vt leo animam meam dum non est qui redimat neque qui saluum faciat. Ps. Ps.7.

Domine deus meus. A. A porta inferi. V. Erue domine animas eorum. Pater noster. Et ne nos. Non dicatur Jube domine. Lectio. i.

Parce michi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum. Uisitas eum diluculo: et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sum michimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me quesieris non subsistam. non dicit. Tu autem. R. Credo quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. V. Quem visurus sum ego ipse et non alius: et oculi mei conspecturi sunt. Et in car. R. iiij.

Job 7. d. (margin, beside "Parce michi domine")

Job 19. d. (margin, beside "Credo quod redemptor")

Job. 10.a. Tedet aiam meā vite mee: dimittā aduer
sum me eloquium meum
Loquar in amaritudine
anime mee: dicā deo. No
li me condemnare. Indi
ca michi cur me ita iudi
ces. Nunquid bonum ti
bi videtur si calumnieris
et opprimas me: opus ma
nuū tuarū: et consiliū im
piorum adiuues. Nun
qd oculi carnei tibi sunt:
aut sicut videt homo et tu
vides. Nunquid sicut di
es hominis dies tui: et an
ni tui sicut humana sunt
tempora: Ut qras iniqta
tē meā: et pctm meū scru
teris: et scias qz nichil im
piū fecerim: cū sit nemo
q de manu tua possit eru
Joā. ere. ℟. Qui lazarū resusci
11.f. tasti a monumento feti
dū Tu eis dñe dona re
quiem et locum indulgē
tie. ℣. Qui venturus es iu
dicare viuos et mortuos
et sclm p ignē. Tu. ℟. iii.
Job. 10.b. Manus tue fecerunt me: et plasmauerūt
me totū in circuitu: et sic
repēte pcipitas me. Me
mēto qso qp sicut lutum fe
ceris me: et in puluerē re
duces me. Nonne sicut
lac mulsisti me: et sicut ca
seum me coagulasti: Pel
le et carnibus vestisti me
ossibus et neruis compe
gisti me. Uitam et miseri
cordiam tribuisti michi:
et visitatio tua custodiuit
spiritū meū. ℟. Domine
qn veneris iudicare ter
ram vbi me abscōdam a
vultu ire tue. Q. qz peccaui
nimis in vita mea. ℣. Vs.
Commissa mea pauesco
et ante te erubesco: dum
veneris iudicare noli me
condēnare. Quia. ¶ Sci
endū est qp quādo corpus
adest pñs cuiuscūqz fue
rit et in āniuersariis eo
rū tm reperat in vi. et. ir.
℟. In. ii. noctur. A. In lo ps.22.
co pascue ibi me colloca
uit. ps. Dñs regit me. an.
Delicta iuuentutis mee: ps.24.
et ignorantias meas ne
memineris dñe. ps. Ad te
domine leua. A. Credo vi ps.26.
dere bona dñi in terra vi
uentium. ps. Dñs illu.
In mēoria eterna erit iu
stus. ℟. Ab auditiōe. l. iiii.
Quantas habeo ini Job.
quitates et peccata 13.d.
scelera mea atqz delicta
ostende michi. Cur faciē
tuā abscōdis: et arbitra
ris me inimicū tuū: Con
tra foliū qd vēto rapitur.

ostendis potentiā tuā: et stipulā siccā psequeris. Scribis ei cōtra me amaritudines: ꝛ ꝯsumere me vis peccatis adolescētie mee. Posuisti ī neruo pedem meum et obseruasti oēs semitas meas ꝛ vestigia pedum meoꝛuꝫ cōsiderasti. Qui q̄si putredo consumendus sum: ꝛ quasi vestimētum quod comedit a tinea. ℞. Heu mihi dn̄e quia peccaui nimis in vita mea: quid faciā miser vbi fugiam nisi ad te deus meus miserere mei. Dū veneris in nouissimo die. ℣. Aīa mea turbata est valde: sed tu dn̄e succurre ei. Dū. Lec. v.

Job. 14. HOmo nat⁹ de muliere: breui viuēs tempoꝛe: repletur multis miseriis. Qui q̄si flos egreditur ꝛ cōterit ꝛ fugit velut vmbꝛa: ꝛ nunq̄ꝫ in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi apire oculos tuos: ꝛ adducere eum tecum in iudiciū. Quis potest facere mundū de immūdo cōceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hoīs sunt numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui preteriri non poterūt. Recede ergo paululum ab eo: vt quiescat donec optata veniat: et sicut mercennarij dies eius. ℞. Ne recoꝛderis peccata mea domine: Dum veneris iudicare seculum per ignem. ℣. Dirige dn̄e de⁹ meus in conspectu tuo viam meā. Dum veneris. Lectio. vi.

QUis mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me: et abscōdas me: donec pertranseat furoꝛ tuus: et constituas mihi tempus in quo recoꝛderis mei? Putas ne moꝛtuus homo rursū viuat? Cunctis diebus quibus nūc milito expecto donec veniat immutatio mea. Uocabis me: ꝛ ego respōdebo tibi. Operi manuū tuarum poꝛriges dexteram. Tu quideꝫ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℞. Dn̄e secundum actū meum noli me iudicare nichil dignum in cōspectu tuo egi. Ideo depcoꝛ maiestatem tuam vt tu de⁹ deleas iniquitatem meā. ℣. Amplius laua me do-

Job 14.

mine ab iniustitia mea:
et a delicto meo munda
me: quia tibi soli peccaui
Ideo. ℂ In.iij.noctur.a.
Ps.39. Cõplaceat tibi dñe vt eru
as me: domie ad adiuuã-
dum me respice. Ps. Expe-
Ps.40. ctans expecta. an. Sana
dñe animam meam quia
peccaui tibi. Ps. Beatus
Ps.41. qui intelligit. an. Sitiuit
anima mea ad deum fon
tem viuum quãdo veniã
et apparebo ante faciem
dñi. Ps. Quemadmodum.
V. Requiem. Lectio.vij.
Job. Spiritus meus atte-
17. nuabitur : dies mei
breuiabũtur: ⁊ solum mi
chi superest sepulchrum
Non peccaui: ⁊ in amari
tudinibus moratur ocu-
lus meus. Libera me do
mine: ⁊ pone me iuxta te
et cuiusuis manus pu-
gnet cõtra me. Dies mei
transierũt / cogitationes
mee dissipate sunt torquẽ
tes cor meum. Noctẽ ver
terunt in diem: et rursum
post tenebras spero lu-
cem. Si sustinuero infer-
nus domus mea est: ⁊ in
tenebris straui lectulum
meum. Putredini dixi.
Pater meus es: mater
mea: et soror mea vermi-
bus. Ubi est ergo nunc
prestolatio mea ⁊ patien
tia mea: tu es domine de
us meus. R. Peccãtem
me quotidie et non peni-
tentem timor mortis con
turbat me. Q.i in inferno
nulla est redemptio: mise
rere mei deꝰ et salua me. Ps.53.
V. Deus in nomine tuo
saluum me fac domine: ⁊
in virtute tua libera me.
Quia in infer. Lec.viij.
Pelli me consumptis Job
carnibus adhesit os 19.
meũ: et derelicta sunt tã-
tummodo labia circa dẽ-
tes meos. Miseremini mei
miseremini mei / saltem
vos amici mei: quia ma-
nus domini tetigit me.
Quare persequimini me
sicut deus: ⁊ carnibꝰ me-
is saturamini: Quis mi-
chi tribuat vt scribantur
sermones mei: Quis mi-
chi det vt exarentur in li-
bro stilo ferreo: aut plũ-
bi lamina vel celte scul-
pãtur in silice: Scio enim
ꝙ redemptor meꝰ viuit:
et in nouissimo die de ter
ra surrecturus sum. Et
rursum circũdabor pelle
mea: ⁊ in carne mea vide
bo deum saluatorem me-
um. Quem visurus sum

egoipse: ꝛ oculi mei cōspe cturi sunt: et non alius. Reposita ē hec spes mea in sinu meo. ℟. Requiē eternam dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis.
Joā. ii. f. ℣. Qui lazarū resuscitasti a monumēto fetidum tu eis domie dona requiē Et lux perpe. Lectio nona
Job x. d. Quare de vulua eduxisti me: qui vtinam cōsumptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me vt plā gam paululum dolorem meum: anteꝗ̄ vadam/et non reuertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarū vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternꝰ horror inhabitat. ℟. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda: Quādo celi mouendi sūt et terra. Dum veneris iudicare seculum per ignē.
Soph. i. d. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Quando celi. ℣. Quid ergo miserrimus / quid dicam vel quid faciam/ dū nil boni perferam / ante tantum iudicem. Dū ve. ℣. Nūc christe te petimꝰ miserere quesumus q̄ venisti redimere perditos/ noli dānare redemptos. Dū ven̄. Deinde repetat ℟. Libera me dn̄e. Q. ꝑ totū annū obseruet quando cūq̄ dicitur hoc ℟. Libera. In omni. iii. ꝛ vi. feria per annum quando fiunt vigilie mortue ꝛ cū ix. ps/ ꝛ. iii. lecc. tn̄: tunc erit. iii. ℟. Libera me domine de vijs inferni. Qui portas ereas confregisti: ꝛ visitasti infernum ꝛ dedisti eis lumē vt viderēt te qui erāt in penis tenebrarum. ℣. Clamantes ꝛ dicētes aduenisti redemptor noster. Qui por. ℟. Non repetat hoc ℟. Ante lau. ℣. Requiescant in pace. Amen. In laud. an̄.
Exultabūt dn̄o ossa hu- ps. 50.
miliata. ps. Miserere. an̄. Exaudi dn̄e oratione me
am: ad te omnis caro ve- ps. 64
niet. ps. Te decet. An. Me suscepit dextera tua dn̄e. ps. Deus deus. A. A porta inferi erue dn̄e animā meā. ps. Ego dixi. An. Dis

spūs laudet dn̄m. ℣. Laudare do. ℟. Requiē eter.
Joā. ii.c. A. Ego sum resurrectio et vita qui credit in me etiā si mortu⁹ fuerit viuet: et oīs qui viuit et credit in me non morietur in eternū. Ps. Bn̄dictus. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pr nr. Sine pnūciatione Et ne nos. Deinde dicatur ps. Exaltabo. Quo finito dicat Requiē et A porta iferi. Erue domine. Credo videre bona dn̄i. In terra viuentium. Dn̄s vobiscum. Et cū spū tuo. Oremus pro corpore p̄senti ad laud. dr hec oro. De⁹ cui pp. maior. In anniuersariis. v. dnr orones. Deus cui pp. minor. In trigintalibus quinqȝ dnr orationes. Oratio.

OMnipotēs sempiterne de⁹ cui nunqȝ sine spe mie supplicatur ppiciare anie famuli tui: vel famule tue: vt qui vel q̄ de hac vita in tui nomis cōfessione decessit sctōrū tuorum numero facias aggregari. Pro epis defunctis ad laudes. Oratio.

DEus cui⁹ mie nō est numerus: suscipe pro aīabus famulorū tuorū pontificum p̄ces nostras et lucis eis leticieqȝ regionem in sanctorū tuorum societate concede. Pro fratribus ⁊ sororibus ad laudes. Oratio.

INclina domine aurē tuā ad p̄ces nr̄as quibus miam tuā supplices dep̄camur: vt aīas famulorū famularūqȝ tuarū/ quas de hoc sclo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione cōstituas / et sanctorum tuorū iubeas esse cōsortes. Per chrm. Orem⁹. Deinde dicat oro pro familiaribus priuatim ad placitum: quib⁹ dictis sequitur oratio generalis in audientia.

AIimabus q̄s domine oim fideliū defūctorū oratio proficiat supplicātiū: vt eas et a petis omnibus exuas: ⁊ tue redēptionis facias esse participes. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas. ⁊c.

¶ Expliciunt vigilie mortuorum.

¶ In natali vni' apostoli siue euangeliste: vel plurimorum apostolorũ paschalis temporis: videlicz ab octauis pasche vsq ad pentecostē. In parte hyemali. Ad primas vesperas super psalmos. fer. ã.



Ux ppetua lucebit sanctis tuis / et eternitas temporũ alleluia. minor hi fer. cp. ad vtrasq ves. ad matu. et alias horas dicuntur. ppria si habeãtur sin autē dñr de cõi aplorum reliqui temporis. R. Candidi facti sunt nazarei eius alleluia: splendorem deo dederunt alleluia. Et sicut lac coagulati sunt al
p. 18. leluia alleluia. v. In omnem terram exiuit sonus eorũ et in fines orbis terre verba eorum. Et. Gl'ia patri. Alleluia. Hymnus

Tristes erãt apostoli / de nece sui domini: quē pena mortis crudeli / serui dãnarãt impii.

Quesumus auctor oim in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu / tuum defende populum

Gloria tibi domine / qui surrexisti a mortuis: cuz patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen

Per octauas ascẽsionis dñi: et deinceps vsq ad pentecosten dicuntur hi duo v°. in fine istius hymni.

Tu esto nostrũ gaudiũ qui es futurus premium: sit nostra in te gloria / per cuncta semper secula.

Gloria tibi domine / qui scãdis supra sidera: cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amē.

v°. Gauisi sunt discipuli. Joã. 20. c.
R. Uiso domino alleluia
ãn Filie hierusalem venite et videte martyrem cũ corona qua coronauit eũ dominus in die solennitatis et leticie alleluia alleluia. ps Magt. ¶ Sciendum est q hec ana. Filie hierusalem. et R. Filie hierusalem. dicuntur in paschali tempore tam in fes. vnius martyr. q plurimorũ martyrũm. et tã in festis vnius confessoris q plurimor cõfessorũ et semper cum his verbis Filie hierusalem venite: et videte martyrem. quia hoc dictũ martyrē. pertinet ad christum passum

Oro propria/vel de cōi re-
liqui tpis. Cōple.pas.non
mutat. Ad matu. Inuit.
Exultent in dn̄o scti. Allꝰa.
ps. Uenite. Hy. Tristes
erant. Hec sola an̄.super
pos oi a. Tristitia vestra
Joā. allꝰa:vertetur in gaudiū/
16.d. allꝰa. Tres ps dnr ꝑm ordi
nem noctur.de cōi aploꝝ
reliqui tēporis:et hoc per
tēpus pasc.videlꝫ non in-
cipiendo a.i.noct.in quali
bet ebdo.sed dicantur ꝑi.
ꝫm ordinem noct.ebdo.se
quētis. Eodem modo fiat
de marc.ꝛ de ceteris scris
in predicto tpe contingen
tibus. ℣. Gauisi sunt disci.
Act. ℟. Uirtute magna redde
2.a. bāt apostoli. Testimoniū
resurrectionis iesu xp̄i do
mini nostri allꝰa allꝰa. ℣.
Repleti quidē spiritu san
cto loquebātur cum fidu-
Apo. cia. Testimoniuꝫ. ℟. Isti
7.d. sunt agni nouelli qui an-
nunciauerūt allꝰa. Modo
venerunt ad fontes:reple
ti sunt claritate allꝰa allꝰa.
℣. In conspectu agni ami
cti stolis albis:ꝛ palme in
manibus eorum. Modo.
℣. Cādidi facti sunt. ps.
ꝓ.117. ad ꝯp ℣. Uox letitie et
exultationis. An. In ta-
bernaculis iustorum alle
luia. In laudibus an̄a.
Sancti tui domie flore
būt sicut liliū allꝰa:et
sicut odor balsami erunt
ante te allꝰa. ps. Dn̄s re-
gnauit. an. Sancti ꝛ iusti
in dn̄o gaudete allꝰa: vos
elegit deus in hereditatē
sibi alleluia. ps. Jubilate.
an. In velamento clamāt
sancti tui domine alleluia
allꝰa allꝰa. ps. Deus deus
meus. an. Spūs et aīe iu-
storū hymnum dicite deo
nostro allꝰa allꝰa. ps. Bene
dicite. a. In celestibus re-
gnis sanctorū est habita-
tio allꝰa:et in eternū reqes
eoꝝ allꝰa. ps. Laudate do.
de celꝰ. Cap. vts. Hymnus.

Claro paschali gau-
dio/sol mundo nitet
radio: cū christū iā aplꝰi/
visu cernunt corporeo.
Ostensa sibi vulnera/in
christi carne fulgida: re-
surrexisse dn̄m/voce fatē-
tur publica.
Rex christe clemētissime
tu corda nostra posside:
vt tibi laudes debitas red
damus omni tempore.
Quesumus auctor oim.
Gloria tibi dn̄e/qui surrexi
sti. Per octa.ascen.dni et
deinceps vsqꝫ ad pentece.
dicitur hi ℣. Tu esto nostrū

gaudiū. Gloria tibi dñe q
fo. 32 scandis. ℣. Gaudete iusti
in dño. Rm. Rectos decet
collaudatio alleluia. añ.
Lux perpetua lucebit san
ctis tuis dñe all'a: et eterni
tas tēporū all'a all'a all'a.
maior. ps. Bñdictus. Oro
vt s. Ad i. a. Scti tui dñe.
ps. Deus in no. Ad iii. a.
Scti et iu. ps. Legē pone.
Joā. Cap. vt s. R. Tristitia vr̃a
16. d. all'a all'. ℣. Vertet in gau=
diū. All'a all'. Gl'ia. Tristi=
tia. ℣. Preciosa. Ad vi. a.
f. 115. In velamēto. ps. Defecit.
Cap. vt s. R. Preciosa est
in cōspectu dñi All'a all'a.
℣. Mors sctōꝝ eius. All'a
all'a. Gloria. Preciosa. ℣.
Gaudete iu. Ad ix. an. In
celestibus. ps. Mirabilia.
f. 32. Cap. vt s. R. Gaudete iu=
sti in dño All'a all'a. ℣. Re
ctos decet collaudatio. Al
leluia all'a. ℣. Vox letitie.
Ad ii. vesp. a. Scti tui dñe.
ps. Dixit dñs. et ceteri ps.
de apl'is reliqui tp'is. Cap.
vt s. Si fuerit dup. festū et
tunc dicatur R. Candidi.
Sin autē nullū R. dicetur.
Hy. Claro paschali. ℣s.
Gaudete iu. An. Lux ppe=
tua. minor. p. Magt. Ora=
tiones vt in histo. festoꝝ
notatum est. ¶ In natali
vnius mar. siue vnius cō
fes. ab octa. pasch. vsq; ad
pente. in fest. cum regimi=
ne chori. Ad primas vesp.
sup ps. an. Lux ppetua.
minor. pi fe. cap. ad vtrasq;
vesp. et ad mat. et ad alias
horas dicatur ꝓpria si ha
beant: sin autē de cōi reliq
tēporis. R. Filie hierl'm
venite et videte martyrē
cum corona qua corona=
uit eum dñs In die solēnit
tatis et letitie All'a. ℣. Q̃m fo.
confortauit seras portaꝝ 147.
tuaꝝ: benedixit filiis tuis
in te. In die. Gloria. All'a.
Hym. ad vesp. et ad matu.
de cōi reliqui tp'is. ℣. Tri=
stitia vr̃a. a. Filie hierl'm.
vt s. ps. Magta. Ad matu.
Inuit. Exultēt in dño. ps.
Venite exul. Hy. de cōi re
liqui tp'is. Super ps. an.
Tristitia vr̃a. Tres ps. di=
cunt de cōi reliq tp'is scdm
ordinē noct. ℣. Preciosa
est in cōspectu domini. R.
Mors sanctoꝝ eius all'a.
Quando vero dicitur pro
pria an. super ps ad ma=
tu. scilz in cōmeo. tūc dicit
℣. Tristitia vr̃a. R. Bea f. 115.
tus vir qui metuit dñm/ f. 111.
all'a. In mādatis eius cu
pit nimis all'a all'a all'. ℣.
Potēs in terra erit semē

eius: gñatio rectorũ bñdi
p. 115. cet. In. ℟. Preciosa in cõ
spectu dñi. Mors sanctorũ
eius all'a. ℣. In cõspectu
ois ppl'i eius. Mors. ℟.
Filie hierusalem. vrs. ad
p. 117. ves. ℣. Vox letitie et exul-
tationis. ℟. In taberna-
culis iustorũ all'a. In lau
dibus añ. Sancti tui dñe.
et cetere ãe que sequuntur
vt supra. Cpm. et hy⁹. vrs.
dictum est. ℣. Gaudete iu
sti. añ. Lux perpetua. ma
ior. ps. Bñdictus. Ad pri-
mã et ad alias horas añ.
℟. et ℣. vt supra de apo-
stolis dicãt. Ad. ii. ves. añ.
Sancti tui dñe. psalmi fe.
Cp. vrs diximus. Si dup.
fes. fuerit: tũc dicit ℟. Fi-
lie hierl'm. sin autẽ nullũ
℟. dicit. hy⁹ de cõi reliqui
temporis. ℣. Gaudete iu-
sti in dño. añ. Lux perpe-
tua lucebit sãctis. minor.
ps. Magt. Dño vrs. ¶ Et
nota q qñ añ. Lux perpe-
tua. minor dr ad ves. sup
psal. tũc ad mẽo. alicuius
scti scilz vnius mar. vel cõ
fes. dicit Lux ppe. maior.
¶ In natali vnius mart.
siue vnius ↄfes. pasc. tpis
sine regimĩe chori. Ad pri
mas vesp. añ. Alleluia. et
ps fer. Cpm. et hy⁹ reliqui

tẽporis. ℣. Tristitia vrã.
añ. Filie hierl'm. p. Magt
Ad matu. inuita. et c. vrs.
vsq ad laud. dicantur. In
laud. hec sola añ. Sancti
tui dñe florebũt. ps. Domi-
nus regnauit de. ℣. Gau-
dete iusti in dño. añ. Lux
perpetua. minor. ps. Bene
dictus. et c. vrs. Ad primã
et ad alias horas oĩa siãt
vrs de aplis. cũ capitulis
de cõi reliq tpis/vt ibi no
tatũ est. ¶ In natali plu-
rimorũ mar. siue plurimo
rum confes. sine regimine
chori ab octa. pasche vsq
ad pente. Ad primas ves.
añ. All'a. ps fer. Capl'm et
hy⁹ de cõi reliqui tempo-
ris. ℣. Tristitia vestra. añ.
Filie hierusalem. p. Ma-
gnificat. Ad matu. Inuit.
Exultent in dño. ps. Veni
te. Hy⁹ de cõi reliqui tẽpo
ris. Super hos añ. Tristi
tia. Tres ps. dicantur de
cõi reliqui tpis sm ordinẽ
noc. ℣. Preciosa est in con
spectu dñi. ℟m. Tristitia Joã.
vrã all'a. Cõuertet in gau 16. d.
diũ all'a all'a. ℣⁹. Mũdus
aũt gaudebit: vos aũt cõ-
tristabimini: sed tristitia
vrã. Conuertetur. ℟. Pre
ciosa in conspectu. vrs. in
cõi vnius mar. paschalis

Resps. R. Lux ꝑpetua luce
bit sanctis tuis domie. Et
eternitas temporum. Al=
leluia alleluia. V. Uox le=
Ps. 117. titie et exultationis in ta=
bernaculis iustorum. Et
eternitas tēporū. Gloria
patri. Alla alla. Vr. Uox
letitie et exultationis. In
laud. hec sola an. Sancti
tui domie. Ps. Dominus
regnauit decorem. Capim
et hymnus de communi re
liqui temporis. V. Gau=
dete iusti in domino. An.
Lux perpetua. Inuoc. Ps.
Benedictus. Ad primam
et ad alias horas omnia
fiant vt supra dictum est.

Hic finit commune san
ctorum tempore paschali

In natali vni9 aposto=
li/siue plurimorū aposto=
lorum per totum annum
extra tempus paschale.
Ad primas vesperas an.
Estote fortes ī bello: et pu
gnate cū antiquo serpen=
te: et accipiet; regnū eter
num alleluia. Quando fit
seruitium de communi vnius
apostoli post. lxx. tunc in
fine istius an. loco alla. di=
cit hec dicit domin9. In a=
liis vero an. loco alla. di=
catur illud verbū in eter=
num. In ferials. Capl'm.



Iam nō estis Ephe. 2.d.
hospites et
aduene: sed
estis ciues
sanctorum:
et domestici
dei superedificati super
fundamentū apostolorū
et prophetarū. Deo grās.
R. Qui sūt isti qui vt nu=
bes volant. Et quasi colū
be ad fenestras suas. V.
Candidiores niue nitidio Tren. 4.b.
res lacte: rubicundiores
ebore āntiquo. Et quasi co=
lum. Gloria patri. Et qua
si colum. Hymnus.
Annue christe seculo
rum domine/nobis
per hui9. Quando fit me=
tio plurimorum apostolo=
rum/tunc dicetur.
nobis per horum tibi cha
ra merita: vt que te coraz
grauiter deliquim9 hui9
soluantur gl'iosis precib9
Salua redemptor plas=
ma tuū nobile/signatum
sancto vultus tui lumine
nec lacerari sinas fraude
demonum/propter quos
mortis exsoluisti preciū.
Dole captiuos esse tuos
seruulos/absolue reos cō
peditos erige: et q̄s cruo=

re redemisti proprio/ rex bone tecum fac gaudere perpetim.

Sit tibi iesu bñdicte domie/gloria virtus honor et imperiũ: vna cum patre sanctoq; paraclito/ cũ quibus regnas deus an
Luce. te secula. Amen. Vers. In
6.d. omnem terram exiuit sonus eorum. An. Beati eritis cum vos oderint homines: et cum separauerint vos ꝛ exprobrauerit: et eiecerint nomẽ vestrũ tanq̄ malum propter filium hominis: gaudete ꝛ exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. ps. Mgt. Oratio de vigilia dr: si propria habeatur. Sin autem dr oratio de die. Et si necesse fuerit q̄ processio fieri debeat de festo alicuius apostoli et non habeat propria oratio de vigil. tũc dicitur ante processionẽ ista oratio.

Quesumus oĩpotens de⁹: vt nostra deuotio que natalitia beati N. apl'i tui antecedit patrocinia intercessionis eius accumulet Per. Ad matutinas. Inuita. Regem apl'orũ dñm. Uenite adoremus. ps. Uenite. Hy⁹.

Annue chr̄e. In .i. noct. an.
In oẽm terrã exiuit son⁹ p̄.18.
eorũ: et in fines orbis terre verba eorum. ps. Celi enarrant. An. Clamauerunt iusti et dñs exaudi- p̄.33.
uit eos. ps. Benedicã. An.
Constitues eos principes p̄.44.
super omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe. ps. Eructauit. ℣. In oẽm
terrã. ℟. Ecce ego mitto Mat.
vos sicut oues in medio 10.b.
luporuz dicit dñs. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colũbe. ℣. Dum lucẽ habetis credite in lucẽ: vt filij lucis sitis dicit dominus. Estote ergo. ℟. Tol-
lite iugũ meuz super vos Mat.
dicit dñs: et discite q̄a mi- 11.d.
tis sum et humilis corde Iugũ enĩ meuz suaue est et on⁹ meũ leue. ℣. Et inuenietis requiẽ aĩab⁹ vestris. Iugũ. ℟. Dũ stete- Mat.
ritis ante reges et p̄sides 10.c.
nolite cogitare quomodo aut q̄d loq̄mini. Dabit̃ enĩ vobis ĩ illa hora q̄d loq̄mĩ ℣. Nõ enĩ vos estis q̄ loq̄mini: sed spũs p̄ris vr̃i q̄ loq̄tur ĩ vobis. Da. Gl'ia.
Da. In .ii. noc. an. Princi p̄.46.
pes populorũ congregati sunt cum deo abraham

Ps. Oēs gentes. An. Dedi-
p.60. sti hereditatē timentibus
nomen tuum domine. Ps.
Exaudi deus depreca. An.
p.63. Annunciauerunt opa dei
et facta eius intellexerūt.
Ps Exaudi deus orōnem.
4. ℣. Constitues. Rem. Uidi
coniunctos viros haben-
tes splendidas vestes: et
angelus domini locut⁹ est
ad me dicens. Isti sunt vi
ri sancti facti amici dei. ℣.
Uidi angelū dei volātem
per medium celi voce ma-
gna clamantē et dicētem.
5. Isti. Rem. Isti sunt trium
phatores et amici dei qui
contemnentes iussa princi
pum/ meruerunt premia
eterna. Modō coronātur
Apo. et accipiūt palmā. ℣. Isti
7.d. sunt qui venerunt ex ma-
gna tribulatione: et laue-
rūt stolas suas in sangui-
ne agni. Modo coronant.
6. ℞. Fuerunt sine querela
ante dominū: et ab inuicē
nō sunt separati. Calicem
domini biberūt Et amici
dei facti sunt. ℣. Tradide
runt corpora sua propter
deum ad supplicia: ideo
coronantur et accipiunt
palmam. Calicem. Gloria
patri. Et amici. In tertio
p.74 noct. An. Exaltabūtur cor-
nua iusti alla. Infra. lxx.
in hac ān. preceð. ꝛ in alia
sequē. in loco alla. dicet ni
eternū. Ps. Confitebimur.
An. Lux orta est iusto alla:
recti s corde letitia alla. Ps. p.96.
Dñs regnauit exul. An. Cu
stodiebant testimonia ei⁹ p.98.
et pcepta eius alla. Post
lxx. in fine istius ān. loco
alla. dicet q̄ dedit illis. Ps.
Dñs reg. iras. ℣. Nimis
honorati. Rem. Isti viuen 7.
tes in carne plantauerūt
eccl'iam sanguine suo: nō
sunt de terris corpora eo-
rū separata. Quorū meri
ta sunt in celis aīe sanctoꝝ
coequales. ℣. Sancti per Heb.
fidē vicerūt regna opera- xi.f.
ti sunt iustitiā: adepti sūt
repromissiones. Quorū.
℞. Isti sunt viri scti quos 8.
elegit dñs in charitate nō
ficta: ꝛ dedit illis gloriam
sempiternā. Quoꝝ doctri-
na fulget eccl'ia vt sole lu-
na. ℣. In omnē terrā exi p̄o.18.
uit son⁹ eoꝝ: ꝛ in fines or-
bis terre verba eoꝝ. Quo
rum. ℞. Ciues apostoloꝝ 9.
et domestici dei aduene-
runt hodie. Portantes pa
cem et illuminātes patriā
dare pacē gentibus. Et li-
berare ppl'm dñi. ℣. Au-
dite preces supplicū/ vite

eterne poscētes pmia: qui
fertis in dextris manipu-
los iustitie: quiqꝫ gauden
tes aduenistis hodie. Por
tantes fa. Gloria. Et libe-
p.60. rare. ℣. Dedisti hereditā-
tē. ℟. Timētibus nomen
tuum dn̄e. ¶ In laud. an.
Ioā. Hoc est preceptū meū
15.b. vt diligatis inuicem
sicut dilexi vos. ps. Domi
nus regnauit decorē. an.
Ibid. Maiorē charitatē nemo
habet vt animā suam po-
nat quis pro amicis suis.
Ibid. ps. Iubilate. a. Uos ami-
ci mei estis si feceritis que
precipio vobis dicit dn̄s.
ps. Deus deus. an. Beati
Mat. mundo corde: qm̄ ipsi deū
5.a. videbunt. ps. Benedicite.
Luce an. In patiētia vestra pos
21.d. sidebitis animas vestras
ps. Laudate dn̄m de cel.
Cp. Iam non estis. Hy.

Exultet celū laudib⁹/
resultet tra gaudijs:
apostolorum gloria sacra
canunt solennia.
Vos secli iusti iudices/ꝛ
et vera mūdi lumina: vo-
tis precamur cordiū/au-
dite preces supplicum.
Qui celum verbo claudi
tis/serasqꝫ eius soluitis:
nos a peccatis oībus/sol-
uite iussu quesumus.
Quorū pcepto subditur:
salus ꝛ languor oīm: sana
te egros morib⁹/nos red-
dentes virtutibus.
Ut cum iudex aduenerit
christus i fine seculi/nos
sempiterni gaudij/faciat
esse compotes.
Deo prī sit gloria/eiusqꝫ
soli filio: cum spū paracli-
to/et nunc ꝛ in perpetuū.
Amē. ℣. Annūciauerunt p. 63.
opa dei. ℟. Et facta eius
intellexerūt. an. Tradent Mat.
enim vos in consilijs ꝛ in 10.b.
sinagogis suis flagella-
būt vos: ꝛ āte reges ꝛ psi-
des ducemini propter me
in testimoniū illis ꝛ genti
bus. ps. Benedictus. Or.
de die dicat si propria ha-
beatur: sin autē dicit ista
oratio de communi. Or.

Exaudi dn̄e ppl'ꝫ tuū
cū sancti apl'i tui N.
patrocinio supplicantem
vt tuo semper auxilio mu
nit⁹/secura tibi possit de-
uotione seruire. Per dn̄ꝫ.
Ad.i. a. Hoc est preceptū
ps. Deus in noie. Ad.iij.
An. Maiorē. ps. Legē po.
Cp. Iam non estis. ℟. In
oēm terrā Exiuit son⁹ eo- ps.18.
rū. ℣. Et in fines orbis ter
re vba eorū. Exiuit. Glia.
In omnē. ℣. Constitues.

Oro vt s. Ad. vi. an. Uos amici mei. ꝟ. Defecit. Cap.

Actu. 5.b. Per manus apl'orum fiebāt signa et prodigia multa in plebe: et magnificabat eos ppl's. ℟.
p.44 Constitues eos pricipes. Sup omnē terrā. ꝟ. Memores erūt nois tui dn̄e. Sup. Gl'ia. Cōstitues. ꝟ. Nimis honorati. Oratio vt s. Ad. ix. an. In patiētia. ps. Mirabilia. Capitulū.

Actu. 5.g. Ibant apl'i gaudētes a cōspectu cōsilii: quoniam digni habiti sunt ꝓ nomine iesu cōtumeliam
p.138. pati. ℟. Nimis honorati sunt. Amici tui deus. ꝟ. Nimis confortatꝰ est pricipatus eorū. Amici. Gloria. Nimis. ꝟ. Annuncia
p.109 uerunt. Ad. ii. ves. an. Jurauit dominus et non penitebit euz tu es sacerdos in eternuz. ps. Dixit dn̄s.
p.112. an. Collocet eū dn̄s cū pncipibꝰ populi sui. ps. Laudate pueri. an. Dirupisti
p.115. domine vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis
p.125 ps. Credidi. an. Euntes ibāt ꝛ flebāt: mittētes semina sua. ps. In conuer-
p.138. tendo. an. Cōfortatus est principatus eorū: ꝛ honorati sunt amici tui deus.

ps. Dn̄e ꝓbasti. cap. Jam nō estis. Si dup. fest. fuerit: tunc dicitur ℟. Ciues apl'orū. sin sit nullū ℟. dicit. Hyꝰ Exultet celum. ꝟ. Annūciauerūt. an. In regeneratiōe cū sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis ꝛ vos iudicātes duodeci tribus israel dicit dn̄s. ps. Magt. Mat. 19.d.

Oro vt s. ¶ In natali vni⁹ mart. extra tps pasc.

¶ Nota ꝙ cōiter p totum annū in fes. ix. lc. sup ꝑos fer. di an. Iste sanctꝰ. nisi in fe. s. albani mr. qū trās. scti edvvardi cū. ix. lc. celebrat in eadē ebd. et scti edmūdi regis ꝛ mar. qū fest. s. clemētis in ead. eb. cōtigerit. Ad ves. sup ꝑos fer. an. Iste sanctus ꝓ lege dei sui certauit vsqȝ ad morte: ꝛ a verbis impioꝝ non timuit: fundatꝰ enim erat supra firmā petram Mat. 7.d.

Vel alia an Btūs vir qui suffert tentationē: qm̄ cū ꝓbatꝰ fuerit accipiet coronā vite quā repromisit deus diligētibꝰ se. Jaco. 1.b.

Ye pdicte due ac dicant alternis vicibꝰ per ebd. sup ꝑos in fest. ix. lc. vniꝰ mar. ita tm̄ ꝙ qn̄ dicit an̄a Beatꝰ vir. sup psalm. tunc dicetur

istud sequens Capitulū.

Mat. 7. d. Iste sanctus pro lege dei sui certauit vsq₃ ad mortem: et a verbis impiorum non timuit fundatus eni erat supra firmā petram. Ad vtrasq₃ vesp. et ad matu. et ad. iii. similiter qn̄ dr̄ ān Iste sanct⁹. super psalmos. tunc dicetur sequens Capitulum.

Jaco. i. b. Beatus vir qui suffert temtationē: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronaȝ vite quam repromisit de⁹ diligentib⁹ se. Uel aliud Capitulum.

Eccli. 14. d. Beatus vir qui in sapiētia morabitur: et qui in iustitia meditabitur: ꝛ i sensu cogitabit circūspectionē dei. Ad vtrasq₃ vel. et ad matuti. ꝛ ad iii. in fest. iii. lec. sine regimine chori nunq̄ dicitur ℞. ad primas vespe. In fest. ix. lc. ad primas vesp. dicit̄ ℞. ℭ De vno mart. decollato. ℞. Perceptu rus iā vir. ℭ De vno martyre nō decollato. ℞ Beatus vir qui suf. Hymnus

Martyr dei qui vnicū patris sequendo filium: victis triumphans hostibus / victor fruēs celestibus.

Qui precatus munere / nostrum reatū dilue: arcens mali contagiū / vite remouens tedium.

Soluta sunt iam vincula / tui sacrati corporꝭ: nos solue vinclis seculi / amore filii dei.

Deo patri sit gloria. ℣. Gloria et honore coronasti eum dn̄e. In. Hic est vere martyr qui pro christi nomine sanguineȝ suum fudit: qui minas iudicuȝ nō timuit: nec terrene dignitatis gloriā quesiuit: sed ad celestia regna feliciter puenit. ps Mḡr. or.

Adesto domine supplicationib⁹ nostris: et intercessione beati N. martyris tui / perpetuam nobis misericordiam tuam benignus impende. Per dn̄m. Alia oratio.

Presta quesum⁹ omnipotens deus: vt q̄ beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius / i tui nominis amore roboremur. Per.

Quādo duo festa vnius martyris in vna ebdo. simul contingunt / tunc dicitur ad memo. de alio festo cum ista ān. Iste cognouit. quere ad. ii. vesp.

Ps. Posuisti. Oro vt decet Ad matu. in fest. ix. lec. et ali. que habẽt dup. inuita. Inuitat. Iustus florebit in domo domini plãtatus Gaudeam⁹ et exultemus in eius sacra solennitate. Ps. Uenite. Aliud inuita. in fes. iii. lect. que habẽtur inuita. simp. Inuit. Regẽ martyrũ dominũ. Uenite adoremus. Ps. Uenite ex. Hy⁹. Martyr dei. In pmo
Ps. 1. noc. A. In lege domini fuit voluntas eius die ac no-
Ps. 2. cte. Ps. Btũs vir. An. Pre- dicãs preceptum domini: constitutus est in monte sctõ eius. Ps. Quare frem.
Ps. 3. An. Uoce mea ad dominũ clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo. Ps. Domine quid multi. Vs⁹. Gloria ⁊ honore. Lectio. i.

Qui sanctorum meri ta religiosa charita te miratur: quiqꝫ iustorũ gloriam frequenti laude colloquitur: eorum mores sanctos atqꝫ iustitiã imi- tetur. Quoniam quem de lectat sancti alicuius me- ritum delectare debet par circa cultũ dei obsequiũ. R. Iste sanctus pro lege dei sui certauit vsqꝫ ad mortem: et a verbis im- piorum non timuit. Fun- dat⁹ enim erat supra fir- mam petram. V⁹. Muni- mine regio septus nulla- tenus ab aduersarijs est superatus. Fũdatus eñi erat supra. Lectio scda.

Quare etiam imitari debet si laudat/ aut laudare non debet si imi- tari detractat. Ut qui ali- um laudat / laudabilem se reddat: et qui sanctorũ merita admiratur: mira- bilis ipse vite sctitate red
datur. R. Iustus germi- Ps. 91
nabit sicut lilium. Et flore bit in eternum ante domi num. V. Plantatus in do- mo domini in atrijs dom⁹ dei nostri. Et. Lectio. iii.

Si propterea fratres iustos fidelesqꝫ dili- gimus/ qꝛ in ipsis iustitiã fidemqꝫ suspicimus: pos- sumus quoqꝫ nos esse qꝺ sunt/ si faciam⁹ ipsi quod faciunt. Neqꝫ enim nobis difficile est quod ab ipsis geritur imitari: cum sine precedẽti exemplo ab an- tiquis/ talia gesta conspi- cimus: vt nõ ipsi aliorum emuli redderentur: sed emulande virtutis seip- sos nobis preberent exem plum: vt nos dum ex ipsis

et ex nobis alij proficiunt
sic christus in suis semper
in ecclesia laudetur. R.
Eccli. Iste cognouit iustitiam
45. et vidit mirabilia magna
et exorauit altissimum.
Et inuentus est in nume-
ro sanctorum. V. Iste est
qui contempsit vitã mun-
di: et peruenit ad celestia
regna. Et inuentus. Glo-
ria patri. Et inuẽtus. In
ps.4. secundo noctur. A. Filij hoim
scitote quia dñs sctm̃ suũ
mirificauit. ps. Cum inuo.
ps.5. An. Scuto bone volunta-
tis tue coronasti eũ dñe.
ps.8. ps. Uerba mea. A. In vni
uersa terra gloria et hono-
re coronasti eum. ps. Dñe
dñs noster. V. Posuisti.
¶ Et notandũ est: q qñ di-
cuntur R. de .ij. noc. com-
munis histo. in fest. iij. lec.
vnius mar. tunc non dice
tur ante lec. V. Posuisti
dñe. sed V. Gloria et hono-
re. et hoc ppter .ix. añ. que
est añ. vltima. Lectio. iiij.

AB origine mundi in
nocens abel occidit.
Enoch deo placens trans-
fertur. Iustus noe inueni
tur. Abraham fidelis pro
batur. Moyses mansue-
tus dinoscitur. Jesus ca-
stus. Dauid lenis. Helias
acceptus. Daniel sanctus.
Tres pueri victores red-
dũtur. Apostoli christi di-
scipuli credentium magi-
stri habentur. R. Desi- ps. 20.
deriũ anime eius tribui-
sti ei domine. Et volunta-
te labiorum eius nõ frau
dasti eũ. V. Dñe preueni
sti eũ in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in ca-
pite eius coronã de lapide
precioso. Et vo. Lectio. v.

DE quibus eruditi con-
fessores / fortissime
pugnant martyres perfe
cti triũphãt: et xpiani sem
per exercitum diaboli deo
armati debellãt. In iustis
et sctis semp pares virtu-
tes existũt dissimiles pu-
gne et gloriose victorie.
Unde xpiane delicatus es
miles: si putas te sine pu-
gna vincere: sine certami
ne triumphare. R. Domi
ne pueuisti eũ in bñdictio
nibus dulcedinis. Posui-
sti in capite eius coronã
de lapide precioso. V. Ui-
tam petijt a te: et tribuisti
ei dñe. Posuisti. Lectõ. vi.

EXerce vires: fortitu-
dine dimica / atrociter
in prelio insta: cõcerta cõ-
sidera pactum: conditio-
nem attẽde: militiã nosce.

Pactū qđ spopondisti: cōditionē qua accessisti: militiam cui nomen dedisti Hoc enim pacto quos miraris cuncti pugnarunt. Hac cōditiōe vniuersi vicerūt: hac militia triumpharūt. ℟. Glīa et honore coronasti eū dn̄e: et constituisti eum sup opa manuū tuaꝝ. Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. ℣. Q̄m eleuata ē magnificētia tua sup celos de⁹. Oia. Glīa. Oia. In .iij. noc. an̄. Iust⁹ dn̄s et iustitias dilexit: eq̄tatē vidit vultus ei⁹. ps. In dn̄o ꝯfi. an̄. Habitabit in tabernaculo tuo: reqescet in monte scō tuo. ps. Dn̄e q̄s hab. an̄. Posuisti dn̄e super caput ei⁹ coronā de lapide precioso. ps. Dn̄e in virtu. ℣. Iustus vt palma florebit. Nō vlteri⁹ dicet quotiēscūqꝫ dicitur: nisi ad hor. ix. post cap. xiiij. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

ps. 8.

ps. 10.

ps. 14.

ps. 20.

Euāge. Scđm Iohānem.

Ioā. 12. d.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadēs in terra mortuū fuerit: ipsum solū manet. Et reliq. Omelia beati augustini episcopi. Lectio. vij.

Se dicebat dn̄s granum mortificandū ꝛ multiplicandum. Mortificādum in infidelitate iudeorū: et multiplicandum in fide omniū populorū. Iam vero exhortans ad passiōis sue sectāda vestigia. Qui amat īquit animā suam: perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi. Qui amat perdet eam id est si amas perdis. Si cupis: vitā tenere in chr̄o noli mortē timere ꝑ chr̄o. ℟. Corona aurea super caput eius expressa signo scītatis. Glīa honoris et opus fortitudinis. ℣. Cibauit illū pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Gloria honoris. Lec. viij. Eccli. 45. b. Eccli. 15. a.

Item alio modo. Qui amat aiam suam perdet eam. Noli amare ne perdas. Noli amare in hac vita: ne pdas in eterna vita. Sequit. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitā eternam custodit eam. Ergo quod supra dictū est: q̄ amat / subintelligit in hoc mundo: ipse itaqꝫ perdet. ℟. Stola iocūditatis induit Eccli. 45.

eum dñs. Et coronā pulchritudinis possunt sup caput eius. ℣. Induit eũ dominus lorica fidei ⁊ ornauit eum. Et. Lectio. ix.

Qui autē odit animā suā vtiq; in hoc mũdo: in vitā eternā ipse custodit eā. Magna ⁊ mira sententia: quemadmodũ sit hois i aiam suā amor vt pereat: odiũ ne pereat Si male amaueris: tunc odisti. Si bñ oderis: tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo: ne perdant amando. Sed vide ne tibi subrepat/ vt teipsũ velis interimere: sic intelligendo q debes odisse in hoc mundo animam tuā. ¶ De vno martyre decollato ℟. Percepturus iā vir sanctus pro labore requiem constans in cõfessione chriane fidei. Subdit collũ velut agnus mãsuetus gladio ℣. Corpore dissolui gaudens et cũ deo viuere. Sub. Gloria. Sub. Hoc ℟. Perceptu‑rus. dicet in fest. de mar. decol. ad p'mas vesp. ℟. et ad matu. erit. ix. ℟. Et etiā in fest iij. lec. ad mat. erit. iij. ℟. quādo dicitur de iij. noct. cũ. ¶ De vno mart. nõ decol. ℟. Beat⁹ vir qui suffert tentationē qm cũ ꝓbatus fuerit accipiet coronam vite. Quā repromisit deus diligẽtibus se. ℣. Hic accipiet benedictionē a dño: ⁊ miam. Quā. Glia. Quā. Alia euāge. Secundũ Lucam Jaco. I. b.

In illo tempore. Dixit iesus dis. su. Si q̃s venit ad me et non odit patrem suũ/ et matrē suā/ et vxorē/ et filios/ et fr̄es / et sorores/ adhuc aũt ⁊ animā suā: nõ potest me⁹ esse discipul⁹. Et rel. Omelia bti gregorii pape. Lc. vii. Luce. 14. f.

Si cõsideremus fratres kmi que et q̃ta sunt q̃ nobis ꝓmittunt in celis: vilescunt animo omnia que habent in terris. Terrena nāq; substātia superne felicitati cõparata: põdus est/ nõ subsidiũ. Tẽporalis vita et̃ne vite cõparata: mors est potius dicẽda/ q̃ vita. Lect. viii.

Ipse eni quotidian⁹ defect⁹ corruptionis q̃d est aliud/ q̃ quedam prolixitas mortis: Que autē lingua dicere: vel quis intellectus capere sufficit/ illa superne felicitatis q̃ta sunt gaudia: angeloꝝ

choris interesse: cũ btissimis spiritib⁹ glorie conditoris assistere: p̃sentẽ dei vultum cernere: incircunscriptum lumen videre/ nullo metu mortis affici/ incorruptionis perpetue munere letari. Lectio .ix.

S Ed ad hec audita inardescit anim⁹: iamq̃ illic cupit assistere: vbi se sperat sine fine gaudere. Sed ad premia peruenire nõ potest nisi per magnos labores. Uñ et paulus egregius predicator dicit. Nõ coronabitur nisi qui legitime certauerit. Delectet ergo mentẽ magnitudo premiorum: sed non deterreat certamẽ laborum. Aliud euangeliu. Secundum Mattheum.

Mat. 16.d. I N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si q̃s vult post me venire: abneget semetipsum et tollat crucẽ suã: et sequatur me. Et reliqua. Omelia de diuersis tractatibus. Lc. vij.

Q uia dñs ac redemptor noster nouus homo venit in mundum: noua precepta edidit mundo. Uite etenim nostre veteri in vitiis enutrite/ contrarietatem opposuit nouitatis sue. Lectio octaua.

Q Uid enim vetus q̃d carnalis homo nouerat: nisi sua retinere aliena rapere si posset concupiscere si non posset? Sed celestis medicus singulis quibusq̃ vitiis obuiantia adhibet medicamenta. Lectio nona.

S Icut arte medicine calida frigidis/ frigida calidis curantur/ ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis. Ut lubricis continentiam: tenacibus largitatẽ: iracundis mansuetudinẽ: elatis preciperet humilitatẽ. Ante lau. Vᵉ. Ora pro nobis beate R. Jste vᵉ. dicit semp ante lau. in festo vni⁹ mart. ix. lec. Quando vero fiunt de iij. lec. tunc dicitur vᵉ. Posuisti domine. vel vᵉ. Justus vt palma florebit.

¶ In laudib⁹ antiphona.

Qui me confessus fuerit coram hominibus: confitebor et ego eum corã patre meo. V. Dñs regnauit. Mal. 10.d.

An. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite dicit dominus. Ps. Jubilate. Joã. 8.b.

Ane. Si quis michi mini-

Joã. ſtrauerit:honorificabit eũ
12.d. pater meus q̃ eſt in celis
dicit dñs. ps. Deus deus.
Ibid. aña. Qui michi miniſtrat
me ſequat: ⁊ vbi ſum ego:
illic erit ⁊ miniſter meus.
Joã. ps. Benedicite. añ. Uolo
12.d. pater vt vbi ego ſum: illic
ſit et miniſter meus. ps.
Laud. Cp. vt̃s dictũ ẽ: hy⁹.

Deus tuorũ militum/ ſors et corona pre- mium: laudes canentes martyris / abſolue nexu criminis.

Hic nempe mundi gau- dia: et blandimẽta noxia: caduca rite deputãs/per uenit ad celeſtia.

Penas cucurrit fortiter et ſuſtulit viriliter: pro te effundens ſanguinẽ/eter na dona poſſidet.

Ob hoc precatu ſupplici/ te poſcim⁹ piiſſime: in hoc triũpho martyris/dimit- te noxam criminis.

Sit chriſte rex piiſſime/ti bi prĩcq; gl'ia: cũ ſpũ para- clito/i ſempiterna ſecula.
Amen. ℣. Juſtus ger. ℟.
Joã. Et flore. Añ. Niſi granum
12.d. frumenti cadens in terrã
mortuũ fuerit: ipſum ſo-
lũ manet. ps. Bñd⁹. Alia
Mat. añ. Qui vult venire poſt
16.d. me dicit dñs: abneget ſe-
metipſum: et tollat crucẽ
ſuam et ſequatur me. ps.
Bñdict⁹. He predicte due
añe dñt alternis vicibus
per ebdõ. in fer. vnt⁹ mar.
tã. iii. ℟. ix. lect. ſuper pm.
Bñdictus. vel ad memo.
eiuſdẽ ſcti: ita tñ ꝙ ſemp
in dmis dicat ã. Niſi gra-
nũ. Ad pri. Ad. i. añ. Qui
me confeſ. ps. De⁹ in noĩe.
Ad. iii. añ. Qui ſequit me.
ps. Legẽ pone. Cp̃m. vt̃s.
℟. Gloria et honore Coro
naſti eum domine. ℣⁹. Et
cõſtituiſti eũ ſuper opera
manuum tuarum. Coro.
Gloria pri. Gl'ia et hono.
℣. Poſuiſti domine. Ora-
tio vt ſupra. Ad ſextã añ.
Si quis michi. ps. Defe-
cit in ſalutare. Capitulũ.
Iſte cognouit iuſtitiã Eccl'i.
et vidit mirabilia ma 45.
gna: ⁊ exorauit altiſſimũ:
et inuentus eſt in nume-
ro ſanctorum. ℟m. Po-
ſuiſti domine Super ca- p̄. 20.
put eius. ℣⁹. Coronam de
lapide precioſo. Sup. Glo
ria. Poſuiſti. ℣⁹. Juſtus.
Ad. ix. añ. Uolo pater. ps.
Mirabilia. Capitulum.
Stola iocunditatis in Eccl'i.
duit eum dñs: ⁊ coro 45.
nam pulchritudinis po-
ſuit ſuper caput eius. ℟.

Fo. 91 Justus vt palma florebit In domo dñi. ℣. Sicut cedrus libani multiplicabitur. In. Glia. Justus. ℣. Justus ger. Ad. ij. vesp. a. Qui me cõfes. Ad ij. fer. cap. vts. Hy. Deus tuorum mili. ℣. Justus germina. An. Hic vir despiciẽs mũdũ: et terrena triũphans diuitias celo condidit ore manu. Ps. Magt. Oratio vts. Alia aña. Iste cognouit iustitiam et vidit mirabilia magna et exorauit altissimũ: et inuentus est in numero sanctorum. ℣. Mgt. De predicte ãe dñr alternis vicibus per ebd. In fes. ix. lec. vnius marty. super psal. Magt. Ad. ij. vesp. vel ad memo. eiusdẽ Item alia cap. vni⁹ martyris: et dicunt eẽ cap. supraſcriptis alternis vicibus per ebdo. ad vesp. et ad matuti. et ad. iij. et ad ſcdas vesp̃as. Capitulũ.

Eccli. 14. c. Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iustitia meditabitur: et in sensu cogitabit circunspectionem dei. Ad tertiam. Capitulum.

Eccli. 15. a. Cibauit illũ pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Ad. ix. Capl'm.

Et firmabitur i illo et non flecteť: et continebit illũ et non cõfundeť: et exaltabit illũ apud proximos suos: et nomine eterno hereditabit illũ dominus deus noster. ¶ In natali vnius mar. et pontificis: tota cãtetur historia vnius marty. non ponti. vts cum capitulis subscriptis: et cũ oratione subnotata. Ad vtrasq3 vesp̃as et ad matu. et ad. iij. Capl'm. Eccli. 15. a.

Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituiť in his que sunt ad deum: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Oratio. Heb. 5. a.

Deus qui sanctam nobis huius diei letitiam pro commemoratiõe beati martyris tui N. atq3 põtificis fecisti: adesto familie tue precibus et da vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. ¶ Ad matuti. vnius mar. et põti. Lect. i.

Debemus pẽsare fratres kmi: q3 continue sanctis apostolis dicitur et per apostolos nobis. Uos estis sal terre. Si er

go sal sum⁹: cōdire mētes fideliū debemus. Uos ergo q̄ pastores estis pensate q꞉ aīalia dei pascitis: de quib⁹ ꝑfecto aīalib⁹ deo per psalmistā dicit. Aīalia tua hitabūt in ea. Lec. ij.

Et sepe videmus ꝙ brutis aīalib⁹ petra salis ponitur: vt eandem salis petram lambere debeant et meliorari: quasi ergo inter bruta animalia: petra salis debet esse sacerdos in populis. Lectio tertia.

Curare sacerdoti necesse est que singulis dicat vnūquemq̄ʒ qualiter admoneat vt quisquis sacerdoti iungit: quasi ex salis tactu eterne vite sapore condiatur. Lectio quarta

Eccl'i. 24.a In omnibus requiem quesiui ꝛ in hereditate domini morabor tunc precepit ꝛ dixit mihi creator omnium ꝛ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Rem. Super salutem. Hymnus.

O q̄ꝫ glorifica luce choruscas stirpis dauitice regia proles sublimis residēs vgo maria supra celigenas etheris omnes

Tu cū virgineo matr̄ honore angeloꝝ dn̄o pectoris aulā sacris visceribus casta parasti natus hinc deus est corpore christus

Quē cūctus venerās orbis adorat cui nunc rite genu flectit oē a quo nos petimus te veniēte abiectis tn̄bris gaudia lucis.

Hoc largire pr̄ luis oīs natū p ꝓpriū flamine sacro q̄ tecū nitida viuit in ethera regnans ac moderās scl'a cūcta amē. ℣. Exaltata es scta. A. Ascēdit xp̄s sup celos ꝛ ꝑparauit sue castissime mr̄i imortalitatis locū: ꝛ hec est illa ꝑclara festiuitas oim sanctoꝝ festiuitatib⁹ incōparabilis ī qua gl'iosa et felix mirantib⁹ celestis curie ordinibus ad ethereū ꝑuenit thalamū quo pia sui meōꝝ immēor nequaq̄ꝫ existit. ℣. Mgt. or.

Deus q̄ virginalē aulā bt̄e marie in q̄ habitares eligere dignatus es: da q̄s vt sua nos defēsione munitos iocundos

facias sue interesse festi-
nitati. Qui vi. Memo. de
oct. iesu. a. Exurgēs autē.
vs. Dis terra. or. vts. Ad
cōpl. a. Sctā maria vgo
intercede pro toto mundo
qui genuisti regē orbis. ps.
Cū iuo. cp. Tu in no. hy.
Saluator. v. Custodi nos
an. Glrificamus te. ps. Nūc
dimit. Hoc cōpl. di qtidie
p oc. Ad mat. Inui. Uenite
adoremus regē regū. Cuius
ad ethereū mater vgo as-
sūpta ē celū. ps. Ueñ. hy.
Que terra. In. i. noct. an.
Cāti. Ecce tu pulchra es ami-
4. a. ca mea: ecce tu pulchra
ocli tui colūbarū. ps. Dñe
Cāti. dñs nr. a. Sicut liliū inter
2. a. spinas: sic amica mea int
filias. ps. Celi eñ. a. Faus
distillans labia tua spōsa
Cāti. et odor vestimētor tuor
4. c. sicut odor thuris. ps. Dñi
est tra. vs. Sctā dei geni-
trix vgo semp maria. l. i.

Cogitis me o paula
et eustochiū: immo
charitas xpi me cpellit vt
exhortatiōis grā sermonē
faciā de assūptione beate
vgis marie vt hēat sctm
collegiū vrm in die tante
solēnitatis munus latini
sermōis in q discat infan-
tia vra tenera lactis expi-
ri dulcedinē et de exiguis
eximia cogitare/vt fauen-
te deo per singulos ānos
tota hec dies expendat in
laudem et cū gaudio cele-
bret. Ne forte si venerit in
manibus vris illud apo-
criphū de transitu huius
btē vginis dubia pro cer-
tis recipiatis qd multi la-
tinor pietatis amore stu-
dio legēdi carius āplectun-
tur: precipue cū de his ni-
chil aliud experiri possit ni-
si q hodierna die gloriosa
vgo migrauit a corpore.
R. Uidi speciosā sicut co-
lumbā descēdentē desup
riuos aquar cuius inestia-
bilis odor erat nimis in
vestimētis eius. Et sicut
dies verni circūdabāt eā
flores rosarū et lilia cōual
liū. v. Que est ista q ascē
dit per desertum sicut vir
gula fumi ex aromatibus
myrrhe et thuris. Et. l. ii.

Monstratur autē se-
pulchrū eius cernē-
tibus nobis vsq ad pre-
sens in vallis iosaphat
medio: que vallis est in-
ter montem sion et mon-
tem oliueti posita: quam
et tu o paula oculis aspe
xisti vbi in honore eius fa-
bricata est ecclesia miro

lapideo tabulatu in qua sepulta fuisse vt scire potestis ab oībus ibidē p̄dicatur: sed nūc vacuū esse
Cāti. 6.c. oñdit cernētib⁹. R. Que est ista q̄ pcessit sicut sol et formosa tāq̄ hierl'm. Uiderūt eā filie sion: ⁊ beatā dixerūt ⁊ regine laudauerūt eā. V. Sicut dies vni circūdabāt eā flores rosarū ⁊ lilia ꝯuallium. Ui. R. iii.

Hec idcirco dixerī q̄a multi n̄rorū dubitāt vtrū fuerit simul cū corpore assumpta: an obierit relicto corpore. quō autē aut quo t̄pe aut a q̄b⁹ personis sc̄tissimū corp⁹ eius inde ablatū fuerit vel vbi transpositū vtrū ve resurrexerit nescitur: q̄uis nōnulli astruere velint eam iam resuscitatā et btā cū x̄po imortalitate i celestib⁹ vestiri. R. Ista est speciosa inter filias hierl'm sicut vidistis eā plenā charitate ⁊ dilectione. In cubilib⁹ ⁊ in ortis aromatū
Cāti. 8.b. V. Ista est q̄ ascēdit de deserto delicijs affluens. In Gl'ia. In cu. In. ij. noc. an
Cāti. 4.d. Emissiones tue paradis⁹ malorū punicorū cū pomorū fructib⁹. p. Eructauit.
Ibid. a. Fōs ortorū/pute⁹ aquarū viuentiū q̄ fluūt impetu de libano. ps. Deus n̄re. a. Uenit dilect⁹ me⁹ in ortū suū vt comedat fructū pomorū suorū. p. Fūdamēta. V. Post ptū. R. iiii. Cāti. 5.a.

Beatū quoq̄ ioānem euangelistā hui⁹ bt̄e v̄ginis ministrū resurrexisse plurimi asseuerant: q̄r i sepulchro ei⁹ (vt ferē) nō nisi māna iuenit. Sed q̄d horū veri⁹ cēseatur ambigimus. Meli⁹ tn̄ deo totū cui nichil ip̄ossibile est cōmittim⁹ q̄ aliq̄d temere diffinire velim⁹ auctoritate n̄ra q̄d non probamus. R. Ornatā monilibus filiā hierl'm dn̄s concupiuit. Et videntes eā filie sion: beatissimā predicauerūt dicētes vnguētū effusū nomē tuū. V. Astitit regia a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Et. R. v. Cāti. 6.c.

De his quoq̄ q̄s cum domino (teste euāgelio) resurrexisse credim⁹ vtrū vero redierint in terre puluerem certū nō habemus/nisi q̄ legimus q̄r multa corpora sanctorū qui dormierāt surrexerūt cū x̄po: et venerūt i sc̄tām ciuitatem hierusalē ⁊ ap

paruerūt multis. De qui bus nōnulli doctores sen serunt etiā et in suis reliquerūt scriptis: q iam in illis perpetua sit cōpleta resurrectio. Fatent enim q veri testes non essent: nisi et vera esset eorū resur-
Eccli. rectio. R. Sicut cedrus ex-
24. b. altata sum in libano: et sicut cypressus in monte sion: quasi myrrha electa Dedi suauitatem odoris V. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans Dedi suauitatē. Lect. vi.

Unde et btūs petrus dixisse legitur cū de dauid loqueret i testimoniū. Et sepulchrū inqt eius apud nos est. quasi nō sit ausus dicere q ipse aut corpus eius apud nos est: sed tm sepulchrū q cōditus fuerat. Hic aūt aiūt resurrexisse et ipz cū ceteris sctis et ideo vacuum remāsisse monumētum vti nūc btē marie cernit. R. Sup salutē et omnem pulchritudinē dilecta es a dño et regina celorū vocari digna es. Gaudēt chori āgelorū Cōsortes et cōciues nri. V. Ualde te nos opz venerari: que tā sctā et intacta es virgo. Gaudēt. Glia. Consortes. In iii. noc. A. Ueni in ortū meū. soror mea
sponsa: messui myrrham Cāti.
meā cū aromatibus meis. 5. a.
P. Cātate. ii. An. Comedi fa
uum cū melle meo bibivi Ibid.
nū meū cū lacte meo. Ps. Dñs reg. exul. An. Surge
aqlo et veni auster: persla Cāti.
ortū meū et fluent aroma 4. d.
ta illius. P. Cantate. ii. V. Speciosa. Tres vltime l. legantur in capis sericis

Secundum Lucam.

In il. t. Intrauit iesus Luce
in quoddā castellū: et 10. g.
mulier qdā martha noie excepit illū i domū suam Et huic erat soror nomie maria: q etiā sedēs secus pedes dñi: audiebat vbū illius. Etc. Dñi. ve. be. l. vii.

Aduenies cōditor mūdi p redemptione gñis humani cū diues eēt paup p nobis fieri voluit vt sua pauptate nos diuites faceret Qui etiā de sinu patris descēdēs tm p nobis hūillari digt͡us ē: vt pp͡riā domū nō haberet/ vbi caput recliaret. R. Quā pulchra es amica mea: q pulchra es et decora oculi tui colūba rc. Absq eo q itrinsecus latet. V. Sicut vitta coccinea labia tua et eloqū

tuũ dulce. Absq̃. Le. viii.
Qui cõceptus est de spũ sctõ intra vterũ virginis vt de⁹ sed nat⁹ hũiliter vt hõ. De cuius ortu psalmista loq̃tur. Etenim dñs dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructũ suum. Dñs nẽpe dabit benignitatẽ: qñ gen⁹ humanũ a reatu p̃me p̃uaricationis p vnigenitũ suũ liberare disposuit. Siue certe dedit benignitatẽ: quia eius ingressu virginalis vteri tẽplum spũsscti gr̃a cõsecrauit. Terra autẽ nr̃a dedit fructũ suũ q2 eadẽ virgo q̃ de adã corp⁹ assũpserat filiũ genuit: diuinitatẽ q̃dem deo pr̃i coequalẽ sed sibi carnis veritate cõsubstãtialẽ. ℟. Btã es virgo maria dei genitrix q̃ credidisti dño: pfecta sunt in te que dicta sũt tibi. Ecce exaltata es super choros angelorum / intercede pro nobis ad dñm iesum christũ. ℣ Bñdicta ⁊ venerabilis es ṽgo maria que sine tactu pudoris inuẽta es mater saluatoris. Ecce exaltata. Lectio nona.

Cum ergo p̃geret dominus p ciuitates et castella atq̃ vicos euangeliũ regni annunciando intrauit bethaniam vbi erat dom⁹ marthe et marie vbi etiam dñs quatriduanũ lazarũ fratrẽ eaꝝ resuscitauit a mortuis. Martha ergo accepit eũ in domũ suã. Illi nimirũ ministratura ĩ mũdo: cui angeli ministrant in celo. Felices illi: q̃ dñm in domũ suã suscipere meruerũt. Illi q̃q3 dñm in domũ suã recipiũt q̃ fideliter ei⁹ p̃cepta audiũt libẽtiusq̃ ope adimplent. ℟. Felix nãq3 es sacra ṽgo maria: et omni laude dignissima. Q2 ex te ortus est sol iustitie. Xp̃s de⁹ nr̃. ℣. Ora p pp̃lo / iterueni p clero intercede pro deuoto femineo sexu: sentiãt oẽs tuũ leuamẽ q̃cunq3 celebrant tuã assũptionẽ. Q2. Gl'ia. Xp̃s. Per octa. ℟. Beatã me dicent oẽs gñationes. Q uia fecit michi dñs magna q̃ potens est: Et sctm̃ nomẽ ei⁹. ℣. Magnificat aĩa mea dñm / ⁊ exultauit spũs me⁹ in deo salutari meo. Q2. Gl'ia. Et. ℣ Exaltata est sãcta dei genitrix. In lau. ãn. Assumpta est maria in celũ gaudẽt angeli laudantes bñdicunt

Luce i.c.

dñm. ps. Dñs reg. ã. Maria vgo assumpta est ad ethereũ thalamũ: in quo rex regũ stellato sedet so-
Cãti. 1.a. lio. ps. Jubila. ãn. In odorẽ vnguentoꝝ tuoꝝ currimus adolescentule dilexerũt te nimis. ps. De⁹ deus ãn. Bñdicta a filio tuo domina q: per te fructũ vite cõmunicauim⁹. ps. Bñ⁹. ã.
Cãti. 6.a. Pulchra es ꝛ decora filia hierl'm terribilis vt castrorũ acies ordiata. ps. Laudate. cp. In oib⁹ req. Hy⁹ O gl'iosa femia. ꝟ. Elegit
Cãti. 6.d. ã. Que est ista q̃ ascẽdit sicut aurora cõsurgẽs: pulcra vt luna electa vt sol. terribilis vt castroꝝ acies ordiata. ps. Bñ⁹. Oro.

Venerãda nobis dñe hui⁹ diei festiuitas opem ꝯferat sempiternã: in qua sãcta dei genitrix mortẽ subijt tpalẽ nec tñ mortis nexib⁹ depmi potuit q̃ filiũ tuũ dñm nrm de se genuit incarnatum Qui te. Ad .i. ãn. Assũpta ps. De⁹ in noie. Ad .iii. ãn Maria vir. ps. Legẽ pone. cp. In oib⁹. ℟. Sãcta dei genitrix. ꝟ. Post partum or. Venerãda nobis. Ad sextam. ãn. In odorem. ps. Defecit. Capitulum.

Et sic in sion firmata sum: et ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. ℟. Post partum virgo. ꝟ⁹. Speciosa. Oro. Veneranda nobis. Ad nonam. ãn. Pulchra es. ps. Mirabilia. Capm. Eccl'i. 24. b

Et radicaui in pplo honorificato ꝛ ĩ partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctoꝝ detẽtio mea. ℟. Speciosa. ꝟ. Elegit eam. Oro. Venerãda Supradictus ordo horaꝝ seruet quotidie p octa. Ad .ii. vesp. ãn. Assũpta est. ps. Dixit dominus⁹. Cõfitebor. Beatus vir. De pfundis. Memẽto. Jidem ps. cũ predicta ãn. dicãt singulis diebus ad ves. p oct. cp. In omnibus. ℟. Candida virginitas paradisi chara colonis: ort⁹ cõclusus florentis cespite vernans. Cui merito mũdus celebrat Preconia totus. ꝟ⁹. Que meruit dñm pgenerare suũ Cui. Gloria pa. Preconia Pro hym. dicat sequentia Eccl'i. 24. b

Letabundus exultet fidelis chorus alleluia.
Regẽ regũ / intacte pro-

fudit thor⁹ res miranda
Angel⁹ cōsilii/natus est
de virgine:sol de stella.
Sol occasū nesciens/stel
la semꝑ rutilās: sꝑ clara.
Sicut syd⁹ radiū / ꝓfert
virgo filium:pari forma.
Neqꝫ sydus radio/neqꝫ
mater filio:fit corrupta.
Cedr⁹ alta libani/cōfor=
matur hysopo: valle nr̄a.
Uerbum ens altissimi/
corporari passum est car
ne sumpta.
Esaias cecinit sinagoga
meminit nunq̄ꝫ tamen de
finit esse ceca.
Si non suis vatibus cre
dat vel gentilibus sibilli=
nis versibus hec ꝑdicta.
Infelix propera.
Crede vel vetera.
Cur damnaberis gens
misera.
Quem docet litera.
Natum considera.
Ipm genuit puerpera.
Amen. ℣. Exaltata es. an
Hodie maria virgo celos
ascēdit: gaudete quia cū
christo regnat in eternū.
ps. Magt. or. Ueneranda
Quotidie per octa. dr cō
ple. sicut ad prima's ves.
Quotidie infra octa. ni
si in do. hoc modo fiat ser=
ui. Ad matuti. Inuitato.
In honore beatissime ma
rie virginis. Jubilemus
dn̄o. ps. Uenite. hy⁹. Que
terra. In primis an. Exal
tata es sācta dei genitrix
sup choros āgelorū ad ce
lestia regna. ps. Dn̄e dn̄s
nr̄. an. Sicut myr. ps. Celi
enn̄. a. Paradisi porte per
te nobis apte sunt: quas
hodie gloriosa cum ange
lis triūphas. ps. Dn̄i ē ter.
an. Specie tua. ps. Eructa
uit. an. Adiuuabit. ps. De⁹
nr̄. an. Sicut letantiū. ps.
Fūdamēta. a. Gaude ma
ria. ps. Cātate. i. an. Digna
re me. ps. Dn̄s re. exul. an.
Post partū. ps. Cantate.
ii. ℣. Sctā dei geni. Lect. i.
Si queratur post ascen=
sionem dn̄i quid ege
rit btā virgo maria: vnuꝫ
ꝓ certo est ꝙ v̄go sancta
corpore ⁊ mente perman
sit: quā sane angel⁹ gabri
el acsi celestis paranym=
ph⁹ intactā custodiuit/ ⁊
ioānes apl's ⁊ euāgelista
cui xp̄s eā de cruce cōmi=
sit virgo virginem serua=
uit: suisqꝫ ei deseruiuit ob
sequiis. Reli'a de cōmo noc.
...ito. dicuntur. Lectio. ii.
Non ꝙ eximius ille cho=
rus apostolorū eam dese
ruerit: inter quos post re

surrectionē intrās et exiens familiari⁹ cōtulit de xp̄i incarnatiōe tāto siquidē verius quāto ab iitio plenius per spm̄ sctm̄ cuncta didicerat et perspexerat oculis vniuersa: licet et apostoli p̄ eūdē spiritū sanctum oīa cognouerint et in omnē edocti p̄uenerint veritatem. Lectio. iij. Hāc sane beatā virginē etsi oēs venerati sunt discipuli eiqȝ famularentur officio dilectiōis: ioannes tamē ampli⁹ ⁊ specialius vsqȝ ad finem vite qui sibi ꝯmissā accepit in suā quasi matrē filius cui magister de cruce mulier/ecce inquit filius tuus āpliori sollicitudine famulabat. ℣ Exaltata. Iste ℣. dicat q̄tidie añ lau. In laudib⁹ hec sola ā Assumpta est. ps Dn̄s reg. cp. In oib⁹. hy⁹ O gl'iosa fe. ℣ Elegit. ā. Uirgo prudētissima q̄ p̄grederis quasi aurora valde rutilās filia sion tota formosa et suauis es pulchra vt luna/electa vt sol. ps Bn̄d⁹. oro vt s. Q̄ si dies do. in. iij. die ptig. tūc hec p̄dicta ā. Uirgo pru. In die. iij. dicat sup Benedict⁹ ora Ueneräda. Me. de. s. laurē. ā Btūs laurētius orabat. reqre hāc ā. i f. q̄ ē. v. ℣. Disp. oro vt s. Nulla die p̄ oct. fiat mēo. de cruce nec de oibus sanctis: q2 oc. sūt cū reg. ch. ad i. ā Assūp. ē. ps De⁹ i noīe. ā In Te iure. ps Quicūqȝ. Ad. iij. ⁊ ad al's ho. āe. cp. R. ⁊ ℣. sicut in. i. die dicāt silr et oro. Ad ves. ān. Assūpta. ps Dixit do. cp. In oib⁹. hy⁹ O q̄ gl'isi. ℣ Exaltata. ā Qual' ē. ps Mg̃t. oro. Ueneräda. Eodē mō dn̄r ves. quotidie īfra oct. cū aliis āis sup p̄m Mg̃t ā mutāt. Me. de. s. lau. ā Btūs laurēti⁹ dū in craticu. vt s. Ad. i. ves. sup p̄m. Magt. ℣⁹ Dispersit. Oro. Beati laurētij nos domine faciat passio veneranda letantes: ⁊ vt eā sufficienter recolam⁹: efficiat p̄mptiores. p do. Die iiij. ℣ Sctā dei geni. Lec. i. Non eni pudicissima virginitas alicui discipulo rectius q̄ virgini cōmendat vt esset inuicē grata societas ⁊ floridus aspect⁹: necnō et venust⁹ cōuersandi vult⁹ vernās alternatim pudicitiaruȝ splendore decoratus. Re. de scdo noctur. Lectio. ij.

Una siquidē virtus virginitatis in ābob⁹: sed altera proportio in maria. Altera siqdē qr fecundior sed ipsa virgo / sed altera qr etsi ipsa eademqꝫ incorruptio: tamen fecūditas integritatis longe gloriosior ꝙ virginitas. Lec. iij.

Idcirco et fecunditas in illa tota deificata est ꝛ virginitas. Alioqn nusqꝫ secundū naturā nascēdi virginitas vbi fecūditas predicat̄ neqꝫ fecunditas vbi virginitas integra conserua t. An Talis est. ps. Bñdictus. Mēo. de. s. lauren. An In craticula. vrs. i prima die sup Bñd⁹. v⁹. Dispersit. or. Bti laurē. Quocūqꝫ die oc. s. laurē. etiam si in do. ptig. fiat inde memo. tm̄. Ad ves. an Descēdi in or. ps Mgt. Mēo. de s. agapito mar. an. Hic est vere. v. Glia ꝛ hono. Oro

Letet ecclesia tua dn̄e btī agapiti martyris tui cōfisa suffragiis / atqꝫ eius precibus gloriosis ꝛ deuota pmaneat et secura consistat. Per. ¶ Die iiij. v⁹. Speciosa facta es et suauis. Lectio prima.

Hinc quoqꝫ iohannes quicqd est qd genuit maria euangelizando suo cōmendauit eloquio verbū qd in pncipio erat verbum et verbū erat apud deū et deus erat verbum ipsum deū genuit beata ꝛ gloriosa virgo maria. Re. de. iij. noct. ut in q. iij. Re. sit Beatam me. Lectio. ij.

Uirginitas igitur longe sacratior et fecūditas (vt ita dicam) multo ineffabilior ꝙ suo poterat ille explicare eloquio. Ueruntamen quāto virginitati cognatior virginitas: tanto beatus euangelista ceteris est excellentior ꝛ vicinior est verbo. Lectio. iij.

Ideo qcqd est qd genuit virgo: totum prout potuit hō per spm̄ sanctū nobis reserauit manifesti⁹ ꝛ docuit. Cui⁹ etiā cōuersatio post ascensionē xpi gnal'r cū apl'is fuit: quousqꝫ dispergerent̄ sicut lucas meminit dicens ꝙ egressi a monte oliueti hierosolymam venerūt et ascenderūt in cenaculū vbi manebāt. ¶ Hoc die et reliquis diebus infra oc. dn̄r Re. de noc. scꝫ Emissiones. ꝛ alle ãe q̄ sequntur super ps quere Bñd⁹. et Magt. nisi in do. ad p. db⁹ dicēs ad an. Ala mea. ves.

si necesse fuerit. Memo. de s. agapito mar. an. Nisi granum. v. Iust⁹ ger. Oro ut s. Hac die ad ves. fiat memo. de s. magno. an. Hic est vere mar. v. Gloria et ho. Oro

Adesto dñe supplicationibus nostris: et intercedente beato magno martyre tuo: ab hostium nos defende propitiat⁹ incursu. p. Sequentib⁹ vero dieb⁹ infra oc. seruet ordo de vsi. et R. ad matu. q̄ in precedentib⁹ trib⁹ dieb⁹: si dies do. nō īuenerit pter a. sup Bñ⁹. et Mḡt. Si vo dies do. infra oct. ptig. totū seruī. fiat de s. mar. hoc mō. Ad. i. ves. sup ps. añ Assūp. est. p̄. Dixit do. cp. In oib⁹ re. nō dr R. Hy⁹. O q̄ gl'ifica. v⁹. Exaltata es. a. Via mea. p. Mḡt ox Venerāda. Mēo. de do. de tri. et pces. fiat añ crucē nisi aliq do. oino differat, propter plixitatē tpis/vel qñ dies do. ij. die ifra oc. cōti. tūc em mēo. de do. de tri. et pces. ante crucē oino differat vsq ad proximā do. sequentē. In redeūdo de oib⁹ scis. a. Saluator mundi. v. Letamini. or. Infirmita. Ad mat. Inuit. Venite adorem⁹. ps. Venite.

Hy⁹ Quem terra. In primo noctur. a. Ecce tu pulchra. ps. Dñe dñs noster. Cetere ae. cu suis ps. v. R. sicut in i. die dicuntur preter iii. R. qd erit istud Candida virginitas. lc. i.

Bene angelus ad mariā virginē mittitur: qr semp est āgelis cognata virginitas. Profecto in carne viuere preter carnē nō terrena vita est sed celestis. Vñ in carne angelicā gloriā acqrere maius est meritū: q̄ habere. l. ij.

Esse eni angelū felicitatis est: esse vero virginem virtutis/dum hoc obtinere viribus nititur cū gratia quod habet angelus ex natura. Utrūq tamen et esse virginem vel angelū: diuini muneris est officiū/non humani. Lec. iij.

Aue inquit angelus gratia plena. Et bene plena: quia per partes ceteris prestatur: marie vero simul se tota infundit plenitudo gratie. Lectio. iiij.

Hoc quippe est quod dauid canit. Descendit sicut pluuia in vellus. Vellus itaq cum sit de corpore nescit passionem corporis. Sic et virginitas cum

sit in carne: vitia carnis
nescit. Lectio quinta.
Celestis plane hymber
in vgineũ vellus placido
se effudit elapsu: ꝛ tota di-
uinitas nuda se contulit
in carne qñ verbum caro
factũ est/ ꝛ deide per cru-
cis patibulũ expressum
terris oĩb⁹ pluuiã salutis
effudit: et stillicidia gra-
tie celestis: humanis pre-
stitit mẽtibus. Tu. Lc. vi.
Dñs inquit tecũ. Mira
res etiã ille erat cum vir-
gine qui ad virginẽ mit-
tebat angelũ/ et precessit
nũciũ suũ deus: sed a deo
non recessit: teneri aũt lo-
cis nõ potuit q̃ oĩbus ha-
betur in locis/ ꝛ tot⁹ vbiqꝫ
est sine quo nichil/ ꝛ per
quẽ totũ. Scđm Lucam.
Luce In illo tpe. Intrauit ie-
10.g. sus in quoddã castel-
lũ: et mulier q̃dã martha
nomie excepit illũ in do-
mũ suã. Et reliqua. Ome-
lia b. augustini epi. Lc. vii.
Sctm̃ euangeliũ fratres
charissimi cũ legeret au-
diuimus a religiosa femi-
na susceptum esse domi-
num hospitio: ab ea que
martha vocabatur. Et cũ
esset occupata in cura mi-
nistrandi: soror eius ma-
ria sedebat ad pedes do-
mini: ꝛ audiebat verbum
illius. Laborabat illa/ va-
cabat ista: illa erogabat/
ista implebat. Lco. viii.
Uerumtamen martha la-
borãs multum in illa oc-
cupatione et negocio mi-
nistrãdi īterpellabat do-
minũ: ꝛ de sorore sua con-
questa est ꝙ eam laborã-
tem non adiuuaret. Dñs
aũt pro maria respondit
marthe: et ipse factus est
aduocatus qui iudex fue-
rat interpellat⁹. Martha
inquit circa multa es oc-
cupata. Porro vnum est
necessarium. Maria opti-
mam partem elegit: que
nõ auferetur ab ea. Lc. ix.
Audiuimus enim inter-
pellationem interpellan-
tis: ꝛ sententiam iudicis.
Que sententia interpel-
lanti respõdit: suspectam
defendit. Erat enim ma-
ria intenta dulcedini ver-
bi dei. Intenta erat mar-
tha: quomodo pasceret
dominum/ intenta erat
maria quomodo pascere-
tur a domino. A martha
conuiuium domino pre-
parabatur: in cuius con-
uiuio iam maria iocũda-
batur. In laudibus vns

sola an. dicat. Cap. zc. sicut in. i. die. dicant. Ad. i. et ad alias hor. omia hãt sicut infra octa. Ad. ij. vs omia hãt sicut in pima die pter R. qd nõ dr cũ hym. O q̃ glrifica. Deinceps vo no seruet ordo dierũ in V. et R. ad mat. cãtãdis: z l lec. legẽdis: nec in an. sup psal. Bñ. z Mag. dicẽdis Sed supradict ordo V. z R. z c. et an. seruet in sequentibus diebus infra octa. Ita tñ q. l. die lune semper dñr V. z R. de. i. noc. hist.

¶ Quinta die. Lectõ pma.

Quia iter salutis nre in laudib est salua toris: hortor vos z cõmoneo in hac sacra solẽnitate genitric dei marie nolite cessare a laude. Lc. ii.

Q d si virgo es gaude: qz meruisti esse qd laudas: tantũ cura vt sis q̃ digne laudare possis. Si continens es z casta venerare et lauda: quia aliũde non constat: vt possis esse casta / q̃ ex gratia dei q̃ fuit plenissime i maria quam laudas. Tu. Lectio tria.

Q uod si ꝯiugata es aut peccatrix: nichilominus cõfitere et lauda: quoniam inde misericordia proflu it oĩbus: z grã vt laudet Et q̃uis non sit speciosa laus in ore peccatorũ: noli tamen cessare a laude / quia inde ꝓmittit venia.

¶ Sexta die. Lectio pma.

H Inc ergo omes pariter festiuitatẽ beate marie duotissime celebremus: quia hec ẽ dies preclara in qua meruit exaltari super choros angelorum: z peruenire vltra q̃ nostre humilitatis est natura. Tu aũt. Lectio scda.

H ec est inq̃ dies in qua vsq̃ ad throni celsitudinẽ intemerata mater et virgo processit: atq̃ in regni solio sublimata post chr̃m gloriosa resedit. Sic itaq̃ vbiq̃ confidenter sancta canit ecclesia: qd de nullo aliorũ scõꝝ fas est credere: vt vltra ãgelorũ vel archangelorũ merita transcenderit. Tu. Lectio. iii.

H oc q̃ppe priuilegiũ nõ nature est sed grẽ: qua super choros angelorũ exaltata deuotissime hodie p̃dicatur Quia precessit eã dñs ad celos: vt prepararet ei in ethereis sedibus locum vt cum eo regnare possit i perpetuum. Tu.

¶ Septima die. Lectio p.

Nulli dubiū enī illam celestē hierusalē tūc exultasse ineffabili leticia tuncqꝫ iocundatam esse ī estimabili charitate quoniam festiuitas hec que nobis hodie reuoluit annua illis omnibus est facta continua. Lectio scda.

Credit enim ꝙ saluator oīm totus festin⁹ occurrit et cū gaudio eā in throno collocauit. Alias autem quomodo impleuisse creditur: qđ in lege ipse precepit: honora patrē tuū/ ꝛ matrem tuā. Lectio. iij.

Qđ patrē honorificauit tēpore sibi testis est: cum ad iudeos ait. Ego gl'iam meā nō q̄ro: sed honorifico patrem. De matre vo euāgelista cū rediret ad nazareth ait. Et erat subdit⁹ illis. Tu. ℂ In octa. assū. b. ma. Ad. i. ves. sup ps. hec sola an. Tota pul. ps. Dixit do. Leci pi de. i. ma. ꝶ. cp. ꝛc. oīa fiant sic ad. i. ves. i p'ia die cū oro. Venerāda. Mēo. de mar. tymotheo et simph. Oro.

Auxiliū tuum nobis dn̄e placatus ipēde ꝛ intercedentibus beatis martyribus tuis tymotheo ꝛ simphoriāo: dexterā sup nos tue ꝓpitiationis extēde. ꝑ. Ad mat. ix. ꝶc. fiāt. Inui. tri. Tota cātetur histoṙ. sicut in pma die. pter. ix. ꝶ. qđ erit. Cādida virginitas. Lect. i.

Beata vgo maria cūctis tanto venerabilior ꝙto glorioſior/ et ꝙto vtute altissimi extollitur ad sublimia: tāto clarior resultat in gloria. Plena siquidē gratia: plena deo plena virtutib⁹ nō potest possidere plenius gloriaꝫ claritatis eterne quā plenissime accepit/vt mater fieret saluatoris. Lect. ij.

Eā nāqꝫ viderūt oēs filie sion: ꝛ beatā dixerūt: et regine laudauerūt eam. Q̄m tātā eā viderūt ꝙtā nullus narrādo expleuit mortaliū. Quantomagis deū q̄ talē ac tantā esse fecit: vt ꝑ eā ipse fieret. Vn̄ dauid. Et hō inq̄t natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Lect. iij.

Btā igit' talis ac tāta natiuitas btā ꝛ supernoꝝ ciuiū societas ꝛ admirabilis charitatis eoꝝ vnanimitas: vbi nemo angelorū nō dico btē virgis marie vel neqꝫ alicui⁹ sctoꝝ inuidēt gloriā: sed totum

in altero vnusquisq; possi
det/ qđ gratis pstat oib9:
vt de oib9 et in oib9 glificę
tur de9 honoretur et ado=
retur ab oibus. Lect. iiii.

Ubi vo non sexus/ non
etas/ non dignitas ge
neris: sed meritoꝝ qlitas
sola discernitur: vbi pluri
mū stella a stella differt i
claritate: Quis oēs in suo
sint ordine suscitandi qđ
q est alia claritas solis/ et
alia claritas lune/ et alia
claritas stellarū: vna ta=
men claritas est qua illu=
strantur oīa. Lectio. v.

Idcirco btā dei genitrix
q tātis in terra pdicatur
laudib9 nō immerito cre=
ditur hodierna die exal=
tata et glificata / Christū no=
uit ille q eam elegit/ ꝛ sua
sapiētia disponit omnia.
Quod si in domo pris ei9
multe māsiones sunt: cre=
dim9 splēdidiorē mri ho=
die filiū mansionē pstitis=
se quā olim edificauit do=
mū subnixam colūnis se=
ptē: in qua nimirū domo
parantur nuptie ecclesia
rum dei/ et federātur ter=
renis celestia. Lectio. vi.

Ideo nāq; in vtero vir=
ginis spōso immortali vir
ginitas consecratur vt sic
totū celeste commercium
Idcirco charissimi cele=
brate solenniter virginis
festū: que celestem nobis
vitam in terris ostendit.
Qm qui non nubent neq;
nubētur: erūt sicut angeli
dei in celo. Nec mirum si
angelis comparatur vir=
ginitas: q angeloꝝ dño fe
dere copulatur nuptiaꝝ.
Et si qlibet vginitas tātū
erigit vt angelis cōparet:
multomagis btā ꝛ gliosa
vgo q singulari cōmēdat
puilegio ꝛ immenso ditat
mercimonio. Tres vlt. lc.
de expōne euāg. Intrauit
iesus ꝛ legāt sicut in .i. die
Ad lau. oēs ā. dñr. cp. ꝛc.
sic in .i. die. Mēo. de mar.
oꝝ vt s. Ad .i. ꝛ ad al. hor.
etiā ad .ii. vesp. oia fiant si=
cut in do. infra oc. cū mēo.
ad .ii. vesp. de mar. tymo. ꝛ
appollinare: cū oꝝ de cōi
pl'ioꝝ mr. nō pōri. Si oct.
assū. sab. ptig. vlt. vesp. fiāt
de oct. ꝛ mēo. de do. seqn=
te: scz post mēo. de marty.
Et in do. erunt vespere de
scto bartholomeo/ ꝛ mēo.
de do. sub silentio/ scz ante
mēo. de scto audoeno. No
ta q qñ assūptio: natitas
purificatio: et cōceptio in
sabbato cōtigerint/ nichil

ommittus fiat ɔmēo. in aliqua fer. eiusdem ebdo. si fer. p̄cedētes a fest. ix. lec. vacauerint. ¶ Sctōꝝ tymothei ꝛ appollinaris mr. iij. lc. cū ꝟ. et ℟. de noct. p̄pter vigi. Cetera oīa de cōi pl'ioꝝ mr. vsq; ad missam q̄ erit de vig. ¶ Sācti bartholomei apl'i dup. festū. Ad primas ves. et ad matu. dicatur hic hymn9

Bartholomee celi sid9 aureum / milies supra solis iubar radiās erige mentes nostras polo turbidas: egrasq; nostras sana cōsciētias. Annue christe. Oratio.

Omnipotens sempit'ne de9: qui hui9 diei venerādā sanctāq; letitiā in beati bartholomei apl'i tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue q̄s et amare qd credidit / ꝛ p̄dicare qd docuit. Per. Ad p̄mas ves. et ad mat. fiat mēo. de s. audoeno ep̄o ꝛ cōfes. Or.

Deus q perennē gloriā sctissimi confessoris tui audoeni aīe contulisti: tribue q̄s. ei9 nos apud te ita patrociniis adiuuari: vt cum eo vitā possideamus eternam. Per. Ad mat. ix. lc. fiāt. Lec. i.

In inferiorē indiā veniens apl'us dei bartholome9 / ingress9 est templū in q erat idolum noīe astaroth: ꝛ quasi pegrin9 ibi manere cepit. Manente igit ibi apl'o: nulla demon dabat responsa: nec alicui ex his quos leserat poterat subuenire. Templum vero erat plenuz de languentibus. Lectio. ii.

Perrexerūt ergo ad aliam ciuitatē vbi alius demō colebat: q̄rētes cur deus eoꝝ nō dabat eis r̄nsa. R̄ndit demon. Q2 p̄sente apl'o dei bartholomeo / loqui non audet. Dicunt ei. Quis ē iste bartholomeus? Qui ait. amic9 est dei omnipotentis: ꝛ ad hoc venit in istā p̄uinciā vt oēs deos indie euacuet. Lc. iii.

Cumq; reuertentes beatum apostoluz quesissent per duos dies: quidā plenus demonio clamauit / dicens. Apostole dei bartholomee: incendunt me orationes tue. Cui apl'us dixit. Obmutesce ꝛ exi ab eo: ꝛ statim liberatus est homo. Quod cū audisset rex polemi9: misit ad euz vt veniret et sanaret filiā suam lunaticā. Lec. iiii.

PErrexit igitur apl'5 dei ad regem. Et vidēs puellam catenis constrictam: iussit eā solui dicēs. Soluite eā: et leuate/ ac reficite: et cras ad me reducite. Fecerūt autem ministri sicut iussit apl's. Quo facto nō vltra vexauit eā demon. Tunc iussit rex preciosa munera dari aplo: sȝ nō potuit iueniri. Cūqȝ trāsisset nox (Le. v. ꝛ aurora assurgeret apl's soli regi appuit in cubiculo suo clausis ostiis et dicēs. Quare quesiuisti me cū muneribꝰ terrenis quibus non indigeo? Lec. vi. Scire te volo/ q̄a dn̄s nr̄ iesus xp̄s misit nos i oēs ꝓuincias: vt demones q̄ i statuis sunt expellamus: hoiesqȝ qui eis credūt cōuertamꝰ. Si aūt credideris ꝛ baptizatꝰ fueris: demonē q̄ vobꝫ dabat respōsa faciā vos videre. Rex autē hoc se facturū fideliter promisit. Lectio. vii. Altera igiť die sacrificantibꝰ cultoribꝰ idolorū/ aplo ꝛ rege presentibus: cepit demō clamare dicens. Cessate miseri sacrificare michi/ ne peiora patiamini q̄ ego/ q̄ catenis igneis ab angelis iesu chri religatꝰ sum. Tūc iussit apostolꝰ demonem exire: et simulachrum cōfringere. Tu. Lectio. viii. Exiens igiť ingens egyptius nigrior fuligine: cōminuit simulachrū. Quo viso/ rex polemius cū vxore/ ꝛ filiis: ac oi pplo ciuitatis baptizatꝰ: cepit apostolo adherere. Quod cū pōtifices idolorum ad astriagem regē fratrē polemii maiorē conquerēdo nunciassent: misit cuȝ eis nūcios/ qui apostolū vinctū ad eū ꝑducerēt. Le. ix. Cui rex ait. Sicut fecisti fratrē meū derelinquere deos suos/ et credere deo tuo: ita faciam te relinquere deū tuū/ et credere deo meo. Cui apostolꝰ ait. Si hoc poterꝭ facere deo meo quod feci deo tuo: poteris me ad sacrificiū prouocare. Si autem ego deos tuos comminuā: et tu crede deo meo. Interea nunciatum est regi deum suum corruisse. Iratus rex iussit apostolum fustibus cedi: et cesum iussit decollari. Tu aūt. Cetera de communi vnius apli. Memo. de festo audoeno. Oro vit.

Ad .ii. ves. R. Ciues apostolorũ. Cetera vt supra.

¶ Sancti ruffi mar. Oro.

Adesto dñe supplicationib⁹ nr̃is: vt beati ruffi martyris tui intercessiõib⁹ ꝯfidẽtes: nec minis aduersantiũ / nec vllo ꝯturbemur incursu. Per d.

Ad matu. iij. l. iui. du. l. i.

Ruffus patrici⁹ et exconsul ducatum agebat rauẽne: cui⁹ vnica filia infirmabat. Qui audiens de noĩe appollinaris sacerdotis misit ad eũ rogãs vt veniret et sanaret eam. At vbi ingressus est domũ cũ clericis suis statim defuncta est puella. Cui ruffus ait. Utinã ĩ domũ meã nõ ĩtrasses. Lc. ij.

Beatus appollinaris ait rursũ. Cõsiderer age p̃rici ꝛ modo cognosces virtutẽ dñi nr̃i iesu chr̃i. Cumq3 orationẽ ad deũ fudisset ait ad eã. Surge et cõfitere saluatorẽ tuũ. Que ꝓtinus surgẽs clamauit dicens. Magn⁹ est de⁹: quẽ ꝑdicat appollinaris: ꝛ nõ est alius ꝑter eũ Baptizata est igitur puella cũ patre ꝛ mr̃e et familia ꝓmiscui sexus / aĩe trecẽte triginta quatuor cũ multis aliis ex paganis. Lec. iij.

Ruffus vo p̃rici⁹ timẽs cesarẽ / occulte diligebat beatũ appollinarẽ: et ministrabat ei. Filia aũt ei⁹ cõsecrata est chr̃o ꝛ ꝑmãsit virgo. Idẽ vero ruffus p̃ricius post aliqd tẽp⁹ in capuana vrbe sexto kalẽ. septẽbris ꝓ chr̃i noĩe sumpsit martyriũ. Cetera oĩa fiãt de cõi vni⁹ martyris.

¶ Sãcti augustini epi et ꝯfes. atq3 docto. dup. fest. Ad primas ves. añ Iustũ deduxit. Capitulum.

Dedit dñs cõfessionez scõ suo: et excelso in vbo glĩe: de oĩ corde suo laudauit dñm: et dilexit deũ q̃ fecit illũ. R. Miles chr̃i. hy⁹. Iste cõfessor. V. Amauit eũ. añ. Confessor domini. ps. Magt. Oro. Eccli. 47. b

Deus qui beatum augustinum ecclĩe tue ĩ exponẽdis scripture mysteriis doctorem catholicum prouidisti: da nobis eius semper et doctrinis instrui / et oratione fulciri. Per. Memo. de sancto hermete marty. tam ad has vesperas q̃ ad matutinas / cum hac orone.

Deus q̃ beatũ hermetẽ martyrẽ tuũ vir

tute constātie in passione roborasti: ex ei⁹ nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mūdi despicere: et nulla eius aduersa formidare. p. Ad matutias et ad alias horas. oīa de cōi vni⁹ ꝯfes. ꝛ pōti. cū l'. ꝛ cp̄. īfra notatis. L. i.

Ex ꝓuincia affricana ciuitate thagastensi honestis parētib⁹ ꝛ chr̄ianis btūs augustin⁹ ꝓgenit⁹ est. Qui magna diligētia seclarib⁹ lr̄is eruditus: oīb⁹ liberalib⁹ sciētijs imbuit. Grāmaticam igitur prius in sua ciuitate/ ꝛ rhetoricā in carthagie postea docuit: et postea apud mediolanuȝ scolas rexit. Tu. Lectio scd̄a.

In illa vrbe tūc sanctus ambrosi⁹ ep̄atū tenebat: p cuius doctrinā augustinus ab erroris via ꝯuersus credidit/ et baptizat⁹ est. Placuitq̧ ei percepta gratia scholasticis quos rhetoricā docuit renūciare: et ad affricam ꝓpriaȝ domū remeare. Lect. iii.

Per trienniū igit ibi deo viuebat ī bonis opibus: ꝛ de his q̄ deus sibi reuelabat p̄ntes ꝛ absētes s̄mōnib⁹ ꝛ libris docebat. Factū est aūt vt scto valerio ep̄o iubēte pbr̄ ordinaret. Ordiat⁹ igit ī monasterio cū seruis dei scd̄m modū et regulā a sctis ap̄lis cōstitutā viuere cepit. L. iiii.

Sanctus vō valerius ordinator ei⁹: vir pi⁹ et deū timēs sciens se corpore et etate īfirmissimū: apud primatē ep̄orū carthaginēsem pretēdēs imbecillitatem corporis sui etatisq̧ grauitatē / secretis litteris egit vt in loco suo ī eadē eccl'ia augustinus ordinaret ep̄s / q̄ sue cathedre non tm̄ succederet: sed ꝯsacerdos accederet. Quod ꝛ optauit ꝛ rogauit / atq̧ rescripto ipetrauit. Tu aūt. Lectio. v.

Sāctus igit augustin⁹ lȝ iuit⁹ est ep̄s ordiat⁹. Qui tūc multo instāti⁹ ac feruēti⁹ maiorīq̧ auctoritate v̄bū salutis et'ne ī dn̄i p̄dicabat eccl'ia Uixit aūt btūs augustin⁹ annis septuagita sex: in clericatu aūt vel ep̄atu/ annis fere quadraginta septē. Lc. vi.

Ultima vero egritudine lecto suo decūbens / septē psalmos penitētiales corā se rescriptos habebat. Quos intuens legebat et

vbertim ac iugiter flebat
Sed ne ciuitatis sue rui=
nā videret/ tertio obsidio
nis mense/quinto kal. se=
ptēbris migrauit ad dñz.
Tres vltime le. de expōne
euāge. Scdm mattheum.
Mat. 5.b. In il. t. Di. ie. disc. suis.
Uos estis sal tre. q si
sal euanuerit/i quo salie=
tur? Et reli. Omelia excer
pta de diuer. trac. Le. vii.
Sal appellant apli: qa p
ipsos vniuersum hoim cō
dit gen9. Terre enim noie
hūana natura significat
salis vero verbi sapiētia.
Q. d aūt aplos suos cele=
sti ac diuina sapia plenos
sal terre saluator nominat
ostendit fatuos esse iudi=
candos / q terrena tm sa=
piūt: q tpaliū bonorū vel
copiā secrantes vel inopiā
metuētes amittunt eter=
na: q nec dari possunt ab
hoib9 nec auferri. Le. viii.
Notādū aūt q salis na=
tura ifecūditatē terre fa=
cit. Unde et i psalmo scri=
ptū est. Posuit terrā fru=
ctiferā i salsuginē. Quas=
dā vrbes legimus ita vi=
ciorūz sale seminatas: vt
nullū in eis germē oriret
Allegorice autē hoc bene
cōuenit doctrie aplice: vt
destructis aduersariorū
munitionibus et pcti re=
gno deiecto sale sapientie
cōpescat vltra i carnis hu=
mane terra: seculi luxum
atqz feditatem germina=
re vitiorum. Lectio. ix.
Itē qz sal ad cōdiēdos ci=
bos carnesqz siccādas ap
tum est / rite demonstrat:
q p pdicationē euangelij
flux9 restringit volupta=
tū et hūana natura exclu
sis vermib9 et putredine
pctōz illesa seruatur suo
cōditori: per ei9 custodiā
mādatorū. Q. d si sal eua=
nuerit: i quo saliet? Ad ni=
chilum valet vltra / nisi vt
mittat foras et cōculcetur
ab hoib9. Id est si vos per
qs cōdiēdi sūt quodāmō
ppli metu psecutionū tē=
poraliū amiseritis regna
celorū: qui erūt hoies per
quos vobis terror aufe=
ratur / cū vos elegerit de9
per quos errorez auferat
ceterorum. Ad. vi. Caplm.
Dedit illi dominus cō Eccl. 47. b
tra inimicos poten=
tiam: et stare fecit cātores
cōtra altare: et in sono eo=
rum dulces fecit modos.
Ad nonam. Capitulum.
Sapiētia laudabit a= Eccl. 24. a.
nimā suā: et i dño ho=

notabit: ꝛ in medio popl'i exaltabit: ꝛ i plenitudine scta admirabit. Ad. ii. vš. de. i. augu. oia fiat de cōi vt p̄dictū est. R. Scte augustine chri. v. O scte. Ad has ves. fiat so. mēo. de. s. ioh. bap. a.

Mar. 6. c. Misit herodes rex man⁹ ac tenuit iohannē et vīxit eū i carcerē: q̄a dicebat ei / nō licz tibi hr̄e vxorē fr̄is tui. v. Glia. or.

SAncti iohannis baptiste ꝛ martyris tui domine q̄s veneranda festiuitas salutaris auxilij nobis p̄stet effectū. Per. Mēo. fiat sol'. de. s. sabina vgine. a. Sil'e est re. Oro.

BEate sabine virginis tue et martyris dn̄e precibus confidentes q̄s clemētiā tuā: vt eius meritis et p̄cibus / ad eterna gaudia p̄uenire valeam⁹. Per. Ubi vo dedicata est eccl'ia ī honoꝛe decol. scti iohānis / hoc mō fiant ves. de eo. Sup psal. añ. Perpetuis nos dn̄e scti iohis baptiste tuere p̄sidiis: ꝛ q̄nto fragiliores sum⁹ / tā tomag; necessariis attolle suffragiis. p. fer. Capim.

Pro. 10. d. EXpectatio iustoꝝ letitia: spes aūt ipioꝝ peribit. Foꝛtitudo simplicis via dn̄i: et pauoꝛ his qui operantur malū. R. Percepturus. hy⁹. Martyr dei. v⁹. Glia et ho. añ. Misit herodes rex man⁹. ps. Magt. Oro. Scti iohānis bap. vtš. Mēo. de scto augustino sol'. fiat cū hac a. Iste est. v. Justus ger. or. vtš. ꝛ tūc nichil fiat de scta sabina. ¶ In decollatione btī iohānis baptiste Ad matu. Inuit. Regem precursoris dn̄m. Uenite adoꝛem⁹. p. Uenite. hy⁹. Martyr dei. In. i. noc. añ.

Interrogat⁹ iohannes ab herode dixit: illicitum est fr̄is tui cōiugē accipe. ps. Btūs vir. a. Johānes baptista arguebat herodē p pter herodiadē. p. Quare fre. In. Arguebat herodē iohānes ppter herodiadē quā tulerat fratri suo philippo vxoꝛē. ps. Dn̄e quid mul. v. Glia ꝛ ho. Lec. i. Mar. 6. c.

Mar. 6. c.

Ibid.

ADest nobis fratres kmi dies solēnis: quē cōsecrauit btī iohānis baptiste et precursoꝛis dn̄i purpureus sanguis inocenter pro veritate q̄ chr̄s est / ab ipso herode profusus martyrio. Qui mirabiliter natus est / sed mirabilius occisus. Tu. R.

9. R.

Mar. Misit herodes rex manꝰ
6.c. ac tenuit iohānē: ⁊ vinxit
eū i carcerē: q̄a metuebat
eū ꝑpt̄ herodiadē. Quaȝ
tulerat fratri suo philip-
po vxorē. ℣. Arguebat he
rodē iohānes propter he-
rodiadem. Quam. Le. ii.
Natus est in ꝓphetia
in vitate peremptꝰ
est. Nascēdo enim nūcia-
uit saluatoris aduētum/
moriēdo cōdēnauit illici-
tū ⁊ īcestū m̄rimoniū. Et
idcirco carceris obscuri-
tati detrudit: deinde ma-
ligne muliercule insidiis
preuētus/ capitalē subiit
Mar. sententiaȝ. ℟. Johannes
6.c. baptista arguebat hero-
dē Propter herodiadem
quam tulerat f̄r̄i suo phi-
lippo vxorē. ℣. Herodes
enī tenuit iohānē et liga-
uit eū: et posuit eū in car-
cerē. Propter hero. Le. iii.
Decollatus est autē
btūs iohānes ī quo-
dam castro arabie qđ ma
cherōte dr̄: et sepultꝰ est ī
ciuitate sebasten. Caput
vero eiꝰ in hierosolymis
humatū est. Tpibꝰ vero
iuliani pagani/ sepulchrū
eius inuadētes ossa eius
disperserunt: et iterū col-
ligentes cremauerunt: et
sanctos cineres pulueri
cōmixtos/ per agros ⁊ ru
ra disperserūt. ℟. Metue Mar.
bat herodes iohannem 6.c.
Sciēs eū virū iustū ⁊ san
ctū Et custodiebat eū. ℣.
Et audito eo multa facie
bat: et libenter eū audie-
bat. Sciens. Gl'ia. Et. In
ii. noc. ān. Dicebat eni re- Mar.
gi iohānes baptista: non 6.c.
licet tibi habere vxorē fra
tris tui. ps. Cū inuoc. ān.
Herodes eniȝ metuebat
iohānē sciens eū viruȝ iu
stū et sctm̄/ ⁊ custodiebat
eū. ps. Uerba. ā. Audito
eo multa faciebat: ⁊ liben
ter eū audiebat. ps. Dn̄e
dn̄s nr̄. ℣. Posuisti. Le. iiii.
Dei aūt ꝓuidētia fa-
ctū est quosdam de
hierosolymis monachos
orōnis illuc causa p idem
tēpus venisse. Qui inuen
ta mixta ossa que poterāt
furti congregātes ad pa-
trē suū philippū hieroso-
lymitanorum epm detu-
lerūt. Caput vo eiꝰ in he-
rodis palatio tpe martia
ni impatoris inuentū est/
a duobꝰ monachis orien-
talibꝰ q̄ venerāt adorare
in hierosolymis. Et post-
ea pditū in quodā specu
invina ignobiliter recōdi

tũ latuit: donec beat⁹ baptista caput suũ marcello abbati in eodem specu degẽti ostẽderet. Quo inuento cepit celebrare decollationẽ ei⁹ quarto calẽ
Mar. das septembris. R. Puelle saltãti iperauit mat.
6.d. Nichil alid petas nisi caput iohannis baptiste: et cõtristat⁹ est rex ꝓpt' iusiurãdũ/ et ꝓpt' simul discũbentes. V⁹. Ait puella matri sue quid petã? at illa dixit. Nichil. Lectio. v.

In pascha nãq₃ decollat⁹ fuit: et anno reuoluto post mysteriũ dñice passionis ꝯpletũ est. postea iuẽtũ caput/ valerius q̃ post iouinianũ ĩpauit: ꝑcepit cõstãtinopolim deportari. R. Petiit puella caput iohannis baptiste. Quo accepto / dedit matri sue. V. Puelle saltanti iperauit mater: nichil aliud petas nisi caput iohãnis baptiste. Quo. Lc. vi.

Cumq₃ theodosi⁹ imperator has baptiste reliquias vellet constantinopoli deferre: ãplectens sua purpura thecã/ i qua sctm̃ caput erat: portans eã añ ciuitatẽ cõstantinopolitanã₃ septio milliario recõdidit: ibiq₃ magnam atq₃ pulcherrimã edificauit eccl'iam. R. Cõtristatus est rex herodes propter iusiurãdũ: ꝛ propter simul discũbentes noluit eã ꝯtristari: sed misso spiculatore / ꝑcepit ãputare caput iohãnis ĩ carcere. V. Herodes funest⁹ / ꝑcepit interficere ꝛ ãputare. Caput. Gloria. Ca. In iij. noc. ãn. Cũq₃ itroisset filia herodiadis et saltasset, et placuisset herodi ait illi: pete a me qđ vis ꝛ dabo tibi. p. In dño cõ. ã. Jurauit herodes puelle / q̃cq̃d enĩ a me petieris dabo tibi: licet dimidiũ regni mei. p. Dñe q̃s ha. ã. Ait puella m̃ri sue: q̃d petã? at illa dixit: caput iohannis baptiste. ps. Bonũ est con. V⁹. Just⁹ vt pal. Se. marcũ.

In illo tp̃e. Misit hero Mar.
des rex manus ac te 6.c.
nuit iohãnẽ: et vinxit eũ ĩ carcerẽ propter herodiadẽ vxorẽ philippi fratris sui: quia duxerat eã. Etc. Dme. ve. bede pb̃ri. Lc. vij.

Impletũ videm⁹ ĩ iohãne qđ de illo angel⁹ zacharie ꝑusq₃ nasceret ꝑdixit. Q, ꝛ ꝑcederet añ deũ in spũ et ꝟtute helye. Ambo nãq₃

cōtinēter viuentes: ambo habitu inculti / ābo in solitudine degentes / ābo precones veritatis / ābo regis et regine persecutionē ꝓpter iustitiā perpessi sunt Ille achab ⁊ hiesabel: iste herodis ⁊ herodiadis. Ille ne ab impiis occideret igneo est curru raptus i celū. Iste ne ab ipsis vinceret: pfecto martyrii certamie spū celestia regna
Mar. 6. d. petiuit. R̄m. Misso herodes spiculatore / precepit amputari caput iohānis i carcere. Quo audito discipuli ei⁹ venerūt / et tulerūt corp⁹ eius: ⁊ posuerunt illud in monumento ℣. Misit rex incredulus ministrū detestabilem et āputare iussit caput iohān̄ i carcere. Quo. L. viii.

QUerit forrasse aliqs qs sit iste herodes: qsve frater eius: q̄ etiam herodias / de quib⁹ est sermo. Herodes iste qui ⁊ iohannē decollauit: ⁊ in passione redēptoris nr̄i pilato assensum prebuit: fili⁹ est illius herodis sub quo dn̄s natus est. Cui⁹ fr̄ philippus / herodiadē filiam arethe reg̃ arabū accepit vxorē. R̄. Accedentes discipuli sctī iohis baptiste Tulerūt corp⁹ eius ⁊ sepelierunt illud. ℣. Jussu herodis amputatum est caput iohānis in carcere: q̄ audito discipuli ejus venerunt. Tulerūt. Lect. ix.

HAnc herodiadē idez aretha postmodum ablatam ab eo dedit herodi: eo ꝙ ipse maioris esset potestatis ⁊ fame. Factū est ergo adulteriū publicū: quod sicut pfidis causa fuit pereūdi: ita fidelissimo preconi nr̄i redēptoris materia fuit triūphādi. Qui prohibēdo regis iniusti scelera: morte quidē iniusta meruit plecti. Sed post mortis gustū a rege iustitie: cui testimoniū phibebat / iustaz vite perennis coronā accepit. R̄. Perceptur⁹ iā vir sanctus ꝓ labore requiē constās in cōfessione chr̄iane fidei. Subdit collū velut agn⁹ māsuet⁹ gladio. ℣. Corpore dissolui gaudēs et cū deo viuere. Subdit. Gl̄ia. Sub. ℣. Ora ꝓ nobis bt̄e iohā. In laud. an.

Herodes enī tenuit et ligauit iohēz ⁊ posuit i carcerē ꝓpt̄ herodiadē. ps. Dn̄s re. an. Puelle saltāti Mar. 6. c.

impauit mi: nichil aliud petas nisi caput iohis baptiste. ps. Jubil. an. Dñe mi rex da michi in disco caput iohis baptiste. ps. De9 de9. an. Da michi in disco caput iohis baptiste: et contristat9 est rex ppt iusiurādū. ps. Bñd. an. Misit rex icredul9 ministrū detestabilē/ et āputare iussit caput iohis baptiste. ps. Laud. cp. Expectatio. y9. De9 tuor. v. Just9 germ. an. Misso herodes spiculatore pcepit āputare caput iohānis in carcere: q audito discipuli eius venerūt et tulerūt corp9 ei9/ et posuerūt illud i monumēto. ps. Bñd. Oro. Scti iohis. Memo. de s. sabina vgie. oro. Btē sabine. Ad i. an. Herodes. ps. De9 in noie. Ad iii. ā. Puelle. ps. Legē pone. Cpz. Expectatio. R. et v. de cōi plu. mr. ad oēs hor. dūr. Ad. vi. ā. Dñe mi. ps. Defecit. Cpz.

puer 10. d. Iustus in eternum nō commouebitur: impii autem non habitabūt in terra. Ad ar. ā. Misit rex. ps. Mirabilia. Capitulū.

puer 11. b. Iustus de angustia liberatus est: et tradet impius pro eo. Ad ves. ā. Herodes eni. ps. fer. Cap. Expectatio. hy9. De9 tuorū. v. Just9 ger. an. Accedentes discipuli bti iohis tulerunt corp9 ei9: et sepelierūt illud. ps. Mgt. Oro. vt s. Meo. de sctis felice et adaucto. ā. Gaudēt in celis. v. Letamini i do. Oro. Mar. 6. d.

Maiestatem tuā dñe supplices deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctorū tuorū felicis et adaucti commemoratiōe letificas/ ita semper supplicatiōe defendas. Per.

¶ Sanctorū felicis et adaucti mart. ad mat. iii. R. fiāt cū inuita. dup. Lec. i.

Cum furor diocletiani et maximiani sanctos diuersis penis interficeret: psbyterū sancte ecclesie catholice nomine et opere felicē impietati sue oblatum ad dracū vrbis pfectū dirigi iusserūt/ vt si sacrificare cōtemneret puniretur. Cum ergo duct9 esset ad tēplū serapis et sacrificare cōpelleretur exsufflauit in faciē statue erecte q stati cecidit. Itē ductus est ad alias duas statuas: scilz mercurii et diane/ et exsufflās in eas statim corruerunt. R. ii.

Deductus igit᷑ ad prefe
ctū in equuleo suspensus
est: deinde extra murum
ad arborē excelsam duci-
tur: vt ibi sacrificaret: qui
fusa oratiōe exsufflauit in
eā: ⁊ continuo radicit⁹ est
euersa. Jussus est igitur
in eodem loco decollari: ⁊
corpus eius inhumatum
relinqui. Lectio tertia.
Cūq; ad decollandū du-
ceret᷑ christianus quidaz
eidē obuiās clamabat di-
cens. Et ego ex eadē lege
sum. Ducti sunt ergo ābo
et in eodē loco vbi arbor
steterat pariter decollati
sunt. Et quia hui⁹ nomen
ignorabāt xp̄iani / eū ad-
auctum vocauerunt: eo ꝙ
scto͞ felici auct⁹ sit ad co-
ronā. Tu. Cetera de cōi plu-
ri mar. ¶ Sācte cuthbur-
ge virgi. non marty. Oro.
Deus qui eximie casti
tatis p̄uilegio famu
lam tuā cuthburgā mul-
tipliciter decorasti: da no-
bis famulis tuis ei⁹ pro-
merēte intercessione vtri-
usq; vite ꝓsperitatē: vt si-
cut ei⁹ festiuitas nobiscū
agit᷑ in terris: ita p ei⁹ in-
teruētū nr̄i mēoria apud
te sēp habeat᷑ in celis. p d.
Tres lec. Nātcum inuigra.

dupli. Et cetera oīa fiant
de cōi vnius virginis nō
mar. ¶ Sancti egidij ab-
batis. ix. lec. fiant. Oratio
Deus q̄ hodierna die
beatū egidiū confes-
sorem tuum atq; abbatē
aulā regni celestis pene-
trare fecisti: tribue q̄s vt
cuius deuote gloriamur
meritis ei⁹ nos sentiam⁹
cōfoueri suffragijs. Per.
Mēo. de. s. prisco mar. or.
Omnipotens sempiterne de⁹
fortitudo certātium
et martyꝝ palma: solenni
tatem hodierne diei pro-
pici⁹ intuere et ecclesiam
tuā cōtinua fac celebrita-
te letari: vt intercessione
beati prisci martyris tui
omnium in te credētium
vota perficias. Per. Ad
matutinas. ix. lec. Lectō. i.
Sanctus igitur egidi-
us natione grecus a
preclaris parentibus ori
ginē duxit. Docili quoq;
puero doctores summos
sciētia in breui superanti
grā dei nō defuit ei⁹ vitā
ol morū honestate peror-
nans. Quadā vero die dū
ad ecclesiā pgeret: cuidā
egro tunicā suam tribuit:
qua idut⁹ eger ꝓtinus sa-
nitatē accepit. Lectio. ii.

Quidã etiã a serpẽte ꝑcussus tumente cute fatebat sese mortiferũ virus recepisse. Quẽ vir dei fusa orõne sanitati restituit. Quẽdam vero demonia cum totam ecclesiã in die dñica perturbantem a demonio liberauit. Lectio. iii.

Cumqȝ mira gesta laudũ ꝓconia seq̃rẽtur: propriã patriã deserẽs transfretauit mare/ ⁊ ad quendã locũ iuxta rhodanũ fluuiũ vbi erat antrum iuxta cuius introitum fons pura aqua scaturiebat ꝑuenit.

Med. lec. de s. prisco nisi qñ hoc fest. in do. ɔtig. Et q̃tienscũqȝ fiũt med. lec. de s. prisco: sꝑ dñr v. ⁊ ix. de ij. noc. viiᵒ mr. Tres vlti. lec. legant de ꝓprietate s. egidij sine expo. euãge. Lec. vii.

Triennio igitur mansit hoĩbᵒ incognitus solis herbis et aqua contentus. Excepto ꝙ dñs ei quandã ceruã ꝑparauit: q̃ ei lactis alimoniã prebebat. Quam venatores regis sagittare volentes: virũ dei in brachio grauiter vulnerauerũt. Rex vero hoc itelligẽs: ab eo veniã petijt et obtinuit. Lec. viii.

Cunqȝ virum dei rex frequenter visitaret: monitu eius duas ecc̃ias fabricauit. Congregatisqȝ ibidem viris multis sub regula monachali deo famulaturis: egidius licet ab initio renitens abbas illis preficitur: nõ multo post sacerdotij diademate honoratus. Lectio. ix.

Cuius fama ad carolũ regẽ francoꝝ delata: ipm ad se vocatũ rogauit vt ꝓ se oraret. Fecerat nãqȝ q̃ddã turpe facinᵒ qd nemini vnq̃ nec ipsi sancto ausus fuerat ɔfiteri. Proxima dñica dum vir sc̃tũs in missa pro iã dicto rege oraret: angelᵒ dñi suꝑ altare cedulã posuit in qua scriptũ erat ipsum regis pctm: ⁊ egidij ꝑcibus hoc ei esse dimissũ si penitens tantum ab illo desisteret. Post hec vir sanctus ad monasteriũ rediẽs: cõfirmatis i dei militia fratribᵒ monasterijqȝ rebus dispositis in dño obdormiuit.

Tñ si hoc fes. in do. cõti. fiat to servi. de do. et nichil de s. ꝑsco. pr me. in ipa do. Fes. vero s. egidij differat in cra. ꝓpt sceptionẽ hist. et tũc legant. vi. ꝑ. l. de ꝓprietate s. egidij. ⁊ tres vlti.

lec. de ex p̄one euāge. Nemo accendit lucernā. Letera de cōi vni⁹ cōfesso. et abbatis. ¶ Trāslatio sancti cuthberti epi. Oratio.

PResta nobis q̄s ops et misericors deus/ vt q̄ bti cuthberti cōfessoris tui atq3 pōtificis trāslationis diē veneramur: ꝑ ipsi⁹ suffragia pietatis tue semꝑ bñficia ꝯsequamur. ꝑ. Ad matu. ix. lc. nisi q̄ sequūtur de alio festo nisi facte fuerint in. xl. q̄ tūc fiāt hic. iij. lc. de cōi inuita. ps. ꝛc. de cōi vni⁹ cōfessoris ꝛ pōtifi. Lctō. i.

BOne indolis adolescens cuthbertus cū quadam die iter pueros luderet: q̄dā puer quasi triennis ei occurrit: et cū lachrymis sibi ait. O sanctissime antistes cuthberte non decet te inter pueros ludere: quē dñs magistrum maioribus natu destinauit. Lectio secūda.

Audiens puer cuthbertus hec rediēs domū stabilior ex illo tempore esse cepit. Et relictis seculi rebus: monasterialem disciplinam subiit. Qui cum suscipiēdorum officio deseruiret: angelum domini suo (vt fertur) suscepit hospitio. Lectio tertia.

